





1. Michaelis / Joh. Georg / (diff. de viro stante
inter Myrtos, Halle 1739.

2. Moller / Christoph Gottfr. / (diff. de Genuina
vorum xarakter et ypostasi notione,
Lippie 1738.

3. Mosheim / Joh. Laur. / (diff. de jesu christo
vindice dogmatis de mortuorum ad
vitam reditu, Helmst. 1740.

4. Müller / Gottfr. Ern / (diff. de papolatrici.
Lippie 1726.

5. Müller / phil. / (diff. de jure Dei in Homines;
jens 1667.
1701

6. / (diff. de regno Israelii restauran.,
do, jens 1704.

7. / crocodilus lacrimans, jens 1733

8. / (diff. de Jesu christo deandropo, jens
1704

9. / (Casp. Gottfr. / (diff. de gloria
laundi jens 1661.

m. 20
B. IOH. GEORG. NEVMANNI
SS. THEOL. D. EIVSDEMQUE IN ACADEMIA
VITEMBERGENSI QVONDAM PROF. PVBL. TEMPLI OO.
SS. PRÆPOSITI ET CONSISTORII ECCLESIAST.
ASSESSORIS

SYNOPSIS
ERRORVM
FANATICORVM
QVOS
TREMVLII MODERNI

FOVENT
OLIM
DISPVATIONIBVS
ALIQVOT ACADEMICIS
EXPOSITA
NVNC VERO
TERTIA VICE EDITA



VITEMBERGAE
SVMTV ANDREAE HEBERI
MD CCXXI.

U. CH. GEOR. W. ...
SYNOPSIS
ERRORVM
FANATICORVM
TERMINI I. MODERATI
ROBERT





SYNOPSIS
ERRORUM FANATICORUM,
quos Tremuli moderni
fovent,

DISPUTATIO I.
PRÆLIMINARIS.

THESIS I.

Tremulorum error, etsi ultimis conclusionibus *Resp.*
& decretoriis sententiis communi asseclarum *M. Christ.*
consensu definitus non est: tamen ut mature *Fuschio,*
excutiatur, & publicæ submittatur censuræ, cum *Schneeber-*
praxis Apostolica, tum universæ antiquitatis exempla *& Misnic-*
impellunt & svadent.

II.

Neque vero aliquot seculorum gloriam sibi vendicat ille, (a) sed circa medium hujus ævi in Anglia erupit, (b) planeque ut viperinus aliquis foetus non tam crescere, quam exiguo abhinc tempore crevisse est visus.

(a) Edmundus Dickinson Tremulis ter mille annorum ætatem tribuit, & a Pythiæ oraculis eos deducit in Delphis Phœnicizant. c. X, p. 91. Sed rectius Georg. Bateus Reg. Maj. Proto-Medicus *novam & ante hac inauditam progeniem* vocat in Elencho Motuum Nuper. in Anglia P. II, p. 316. Accedunt in hanc sententiam auctores reliqui omnes. (b) Barclajus in

Apologia p. 331. Ed. Lat. principium Sectæ ad annum L. refert: cui multi ex Independentibus regni Chiliaftici initium adscribunt apud Hon. Reggium de Statu Ecclef. Britann. p. 114. Octius in Annalibus Anabapt. p. 328. annum LVII. Laffenius annum LV. notat in Historia Quakerorum p. 7. Sed in Erroribus certam figere Epocham difficile est.

III.

Princeps Sectæ auctor *George Fox* censetur, (a) homo rudis & infacetus; qui in pascua processit, & cogendis ruri pecoribus operam locavit, (b) hinc vero inusitata quadam imagine excitus, Dux gregis non multo mansuetioris evasit, & pecudum pastorale cum sacro commutare lituo non dubitavit.

(a) Dissentiunt Scriptores. Plerique Jacobum Naylor, qui pro Christo se gessit, & Messiam Scenicum egit, antesignanum faciunt, ut: Bateus in Elencho motuum Angliæ p. 316. Laffenius in Historia Quak. p. 15. 16. Auctor Tr. *Neue Schwarmgeister Brut.* Præf. sub finem, aliique. Nos vero sequimur Auctorem Anonymum in Histoire abrégée de la Naissance & du Progrez du Kouakerisme a Cologne 1692. ed. quippe qui diu Londini commoratus Sacris illorum interfuit, eoque comperta tradit, ac de Foxio, quod hodiernum sit in vivis, aliaque plura commemorat. c. I. p. 4. conf. Salutationem ejusd. Foxii ad Carol. II. A. R. p. 43. seq. (b) Simillima de Jac. Böhmio legas, qui pastorem initio & deinceps Philosophum egit. Vid. T. I. Op. in Vita ejus n. 2. 3. 4.

IV.

Juvat hunc Sectarium cum Mahomede Impostore contendere. Alter Dei ipsius, alter Gabrielis Angeli alloquium mentitus est; sed divinas uterque inspirationes & commercium cum superis familiariter jactavit. Pari quoque fato uterque usus: dum viduam amplissimæ fortunæ sibi quisque nuptiis junxit; quibus rebus empti magno numero sectatores & plurimi in societatem allekti sunt.

Sic

Sic Arabs Orientem, Anglus Occidentem turbavit. Causa mali improba dominandi libido fuit. Ille enim jam per mille annos regnavit; hic millenarium regnum nunc demum auspiciatur: adeo Diabolus millenario regno se oblectat & recreat.

De Mahomede vid. Cedren. p. 346. Abul-Pharaius Hist. Dynast. IX. p. 101. J. A. Maurus in Doctrina Mahumed. p. 12. De Sectario nostro conf. Histoire du Kouakerisme c. I. p. 6.

V.

Etsi non est dubium, quin ex Anabaptistarum & Independentium scholis traductus hic error fuerit: (a) tamen si doctissimorum Angliæ hominum fidendum iudicio sit, (b) ad Pontificios & Romanæ sedis satellites maxima ejus incrementa referenda sunt. Cum enim Cromwellus Regni Protector regiam ejiceret profapiam, & juramenti formula sibi obstringeret cives: Pontificis Romani gregales, ne exilio multarentur, sub illa latitabant secta, quæ omnem jurandi modum defugiebat, & Protectoris maxime patrocinio se tuebatur.

(a) Quakerismum nervose ramum Anabaptismi vocat Auctor Histoire du Kouakerisme c. XX. p. 135. Independentismum Cromwelli & Ductorum Quakerismo manus supposuisse, ait Bateus in Elencho Motuum p. 316. Nec aliud Dogmata utriusque evincunt, quæ in Summa Controvers. exponit Hornbeeck L. V. p. 358. it. L. X. p. 775. (b) Testes habeo Richard. Baxter in Catechismo Quak. p. m. 33. Johann. Bastwick ap. Hon. Regg. qui Sectariorum, si non auctores, saltem adjutores appellat Jesuitas, de statu Eccles. Brit. p. 54. Rob. Boyleum illustrem virum adductum in Histoire du Kouakerisme c. XX. p. 135. Hinc Pennius a Jacobo II. interrogatus, quæ inter Romanam & Tremulorum religionem differentia foret, respondit: non aliam, quam inter pileum Regis & suum, quod ille gemmis & plumis decoratus sit, hic omni ornatu destituatur. ib. c. XVI. p. 95.

VI.

Neque vero hæc una tantum, sed longe plures sunt *æquæ* & causæ, quibus insigniter crevit hæc Secta & aucta est. Præcipuæ fuerunt: Caroli & Jacobi A. R. singularis favor, qui ad Fanaticos inclinare credebantur; (a) species sanctioris vitæ, quam illi præ se ferebant; (b) contemptus Disputationum, quibus Hierarchici & Presbyteriani Ecclesiam oppleverant; (c) denique libertas docendi & vaticinandi, ipsis etiam sceminis concessa, (d) quæ strepentium instar graculorum faciebant, ut quamplurima ipsis turba affideret.

- (a) Vid. Præf. in Apologia Barclaji ad Carolum II. conf. Histoire du Kouakerisme c. XX, p. 136. (b) Ib. c. II. p. 10. 11. (c) vid. H. Regg. de statu Eccl. Brit. p. 13. 17. 20. (d) Histoire du Kouakerisme c. II. p. 13. conf. Minist. Hamb. im Quakergreuel p. 129.

VII.

Etsi vero his rebus in immensum excrevit Trementium numerus, (a) nec uno in loco publicam Cultus S. libertatem obtinuit: (b) tamen illorum cætus a cordatioribus non aliter ac effrenata & in seculi pernitiem nata colluvies nuncupatur. (c)

- (a) Philaletha ap. Læberum incredibilem illorum multitudinem notat, im Quaker-Irrlicht p. 311. In Germaniam non modo, sed in Europam universam, ipsamque Americam, effusos memorat Amelius contra Lassenium c. XIX. p. 43. (b) a Jacobo II. R. A. privilegiis muniti publicum cultum in Anglia instituere, Kramerus in der Warnung für den Quakern p. 20. nec minus apud Belgas Id. p. 19. nec non apud Embdenses, V. Philaletha in der Finsterniß p. 89. (c) Vix aliquid dici scædus potest, quam cum hanc similesque Sectas nationis suæ carcinomata & pudenda appellat Edw. Chamberlayne in Notitia Angliæ p. 34.

VIII.

VIII.

Principia enim, quibus Doctrinam suam superstruunt, pleraque ad seditiones & tumultus invitant. Ut enim pro arbitrio novos fidei articulos condant; interno se lumine collustrari ajunt: (a) ut simplices & indoctos demulceant, literarum ignorantiam in pretio habent; (b) ut a cœtu orthodoxo avocent homines, Doctorum vitia accusant: (c) imo ne Magistratum se ipsis agnoscunt superiorem, nulla honoris compellatione illum dignantur. (d)

(a) Barclajus in Apolog. p. 82. 87. 107. Isaacus Pennington in Via Vitæ & mortis p. m. 12. (b) Vide Auctorum verba a Minist. Hamb. allegata in Quakergreuel c. VII. p. 243. Egregium specimen eruditionis edebant in Colloquio Cantrabrig. quod vid. ap. Kromayerum in Scrutin. Relig. Disp. V. p. 118. (c) Philaletha contra Lœberum p. 4. & 12. Barclajus in Apol. Thes. X. p. 172. (d) v. Tr. Alarm geblasen zu allen Nationen p. 15.

IX.

Character vero distinctivus, quo a reliquis Sectis maxime dignoscuntur, Tremor corporis violentus ac sævus est; (a) qui uti in Prophetis & Sanctis Dei Viris indicium divini afflatus minime erat; ita in Gentilium mysteriis pro delectamento Diaboli perpetuo, quo miseros homines agitabat, habebatur. (b)

(a) Cum genitricis angustiis hunc tremorem comparat Barclajus, velut de re comperta scribens in Apologia p. 230. 231. Horrendos Trementium clamores & ejulatus, terribissimosque vultus describunt Anonymus in Diss. de Statu Eccles. Angl. p. 11. & Diarium Europ. Cont. V. p. 296. (b) Gentilium Sacerdotes in Sacris suis horrore correptos fuisse, nemo nescit. De Pythia notior res est, quam ut repeti debeat. V. Molineus de Vate c. IX. p. 27. De Sybilla æque canit Virgilius, ac si ipsos Tremulorum furores describat Lib. VI. Æneid. v. 46. 50. 77. 80. De Lapponibus quoque similia legas ap. Jo. Schefferum in Lapponia c. IX. p. 136.



X.

Cum Spiritu adeo vario ac ancipiti agitentur miseri, qui instar Vertumni Romanorum, Protei Aegyptiorum, & Empusæ Græcorum subinde mutabilis fit, aliamque & aliam mentem adspiret suis: (a) mirum videri debet, in eo unum omnium finem unamque sententiam esse, quod, deletis Magistratibus, Chiliaistici alicujus Regni felicitatem sibi pollicentur. (b)

(a) Mulieres Prophetissæ sibi invicem obloquuntur, Min. Hamburg. im Quakergreuel p. 129. Civis Londinensis quot homines in familia sua, tot sectas deprehendit: *Se ipsum membrum Ecclesie Gallicana: conjugem ex Secta Quærentium: ancillam Anabaptistarum sociam: servum denique ex Ecclesia XXIV. hominum.* Hon. Reggius de Statu Eccles. Brit. p. 106. (b) Hinc etiam viri Quintæ Monarchiæ salutantur V. Nubila Jub. Britannia p. 8;6. Sed de initio hujus Monarchiæ & regni millenarii dissentiant Wilh. Penn. in Forderung der Christenheit fürs Gericht, p. 14. & Stephanus Crisp. im Klang des Alarms, p. 26. 27.

XI.

Quod igitur de Ebionæis Epiphanius, (a) idemque de Tremulorum hæresi affirmes: quod sit πολύμορφον τερσίσιον: cum enim Scripturam S. non nisi pro litera mortua & cortice habeant: totamque Christi historiam in Allegoriam & sensum mysticum transforment; (b) nihil tam horrendum & abominandum in ulla V. E. Secta auditum est, quin id in hanc, velut in Lernam & Camarinam aliquam confluere videatur. (c)

(a) Hæres. XXX. p. 125. (b) Histoire du Kouakerisme c. V. VI. p. 19. seq. (c) convenientiam dogmatum cum omnibus hæresibus priscis ostendit Seylerus in Anabaptista Larvato p. 176. 177. Denique cedro digna admonitio Jacobi Regis ad Carolum filium est: *Deum illum summum testem appello, nusquam inter Barbaros vel latrones te reperturum magis*
ingra-

ingratos, magis perjurijs, quam fanaticos istos Spiritus. Tu vero eorum ductores & antesignanos in terra tua manere ne sinas, si quieti & tranquillitati tuæ consulere cupias. Lib. II. Reg. Inst. p. 74. 75.

DISPUTATIO II. DE RELIGIONE ET S. SCRIPTURA.

THESIS I.

Tremulorum Religio est ratio colendi Deum erronea, quæ præter Scripturam Sacram, raptibus interni luminis suffulta, nec de DEO Trinituno, nec de CHRISTO Servatore, fidem Catholicam tenet: Sed spreto saluberrimis salvandi medijs, impugnataque cum Magistratus, tum Sacri Ordinis auctoritate, cætum singularem & ficta sanctimonia tum mentem colligit, pronaque in seditiones & tumultus, beatam in his terris civitatem & vitam mille annorum delicijs transigendam credulis pollicetur.

*Resp.
M. Cbrist.
Frider.
Sabuchart,
Francob.
Schwarzb.*

II.

Sacram proinde Scripturam, utut multis ornent elogijs: tamen nec pro verbo Dei, (a) nec pro unica & adæquata credendorum norma & regula recipiunt. (b)

Ita (a) in Disp. Cambrigiensi A. 1659. intrepide asserunt apud *Figken. Hist. Fanaticorum. p. 275. William Schewen im Glauben und Erfahrenheit: Sie ist nicht das Wort Gottes &c. Sect. IV. p. 65. conf. Minist. Hamburg. im Quakergreuel. p. 57. (b) Non æstimanda sunt SS. adæquata primaria regula fidei & morum, Barclaj. Thesi III. Apol. p. 35. It. SS. pro unica & adæquata regula ordinata nunquam fuit. Thes. II. p. 17. Keithus cum Barclajo distingvit inter normam seu principium primarium & secundarium, eo Spiritum S. huc Scripturam refert, in *Amica Respons.* p. 25. Sed subdola distinctio est. Hoc enim ipso volunt, Scriptu-*

B

ram

ram ad revelationes suas adhuc normandam esse. V. Soli-
dissimus Theologus DN. D. BAIERUS Diss. III. c. G. Kei-
thum p. 152.

Contra Form. Conc. p. 570. 572. *Credimus, confitemur, & docemus
unicam Regulam & normam, secundum quam omnia dogmata omnes-
que doctores aestimari & judicari oporteat, nullam omnino aliam esse,
quam Prophetica & Apostolica Scripta, cum V. tum N. Testamenti.*
Et contra 2. Pet. I. 21. 1. Tim. III. 16. Job. VII. 16. quibus Θεο-
πνευσία ejus vindicatur & Ps. XIX. 5. ubi Regula appellatur,
i. e. filum mensorium Geometrae Jer. XXXI. 38. Thren. II. 8.
2. Par. IV. 2. Amussis Architectorum Job. XXXVII. 5. Es. XLIV. 13.
Ut igitur Ecclesiam ceu domum Dei viventis recte adornent
Verbi ministri, 1. Tim. III. 15. ad hanc amussim incedere jubentur
Gal. VI. 16. Phil. III. 16.

III.

Tum quoque Scripturam S. insufficientiae (a) & ob-
scuritatis (b) insimulant, nec adeo plenam de salute no-
stra voluntatem Dei, nec eam satis clare ac perspicue reve-
latam existimant.

Ita (a) Barclajus in Apolog. *Nullibi affirmat Scriptura, ipsam esse
hac in re regulam sufficientem, Thef. III. p. 42. Quanam Scripturae
regula certum facere potest, quod fidem habeam, vel quod electio mea
firma sit. ib. (b) Barclajus Apol. Thef. III. p. 39. 40. & in Ap-
pend. Catech. p. 168. William Penn. de Universali Regula fidei
& vitae passim.*

Contra F. C. p. 632. *Toto pectore Prophetica & Apostolica Scripta V.
& N. T. ut limpidissimos purissimosque Israelis fontes recipimus &
amplectimur. Et contra (a) 2. Tim. III. 15. Quae enim Scri-
ptura vim habet erudiendi ad salutem, illa in rebus ad salutem
nostram pertinentibus sufficiens est; maxime cum omne Dei
consilium de salute nobis annunciatum sit, Act. XX. 27. (b)
Ps. CXIX. 105. Verbum divinum est lucerna & lumen, E.
sine tenebris & obscuritate.*

IV.

Multo vero minus Sacrae Scripturae vim & effica-
ciam

ciam illuminandi intrinsecam, nativam, naturalem, propriamque & essentialem tribuunt: sed non fecus ac literam mortuam, medium discontinuum, meram declarationem bonorum, quin & imaginariam repræsentationem rerum in Comœdia, imo ut corticem illam intuentur & æstimant.

Ita Barclajus: *Litera Scripturæ externa est ex se mortua, mera declaratio bonorum, non ipsa bona*, Apol. p. 39. *Item: Nihil aliud igitur sunt, nisi imaginaria repræsentatio rerum in Comœdia, nec verius dici possunt cognitio Dei vel Christi, quam acta Alexandri & J. Cæsaris, cum in theatro exhibentur.* p. 12. Keithus vocat: *Medium discontinuum, quod non continuatur vel conjungitur in operando cum causa primaria & principali, in Amica Respons. p. 20. Litera tantum occidens est.* ib. p. 24. *Une écorce qui ne cache pas l'esprit, may qui ne fait, que simplement le figurer.* Histoire du Kouak. p. 26.

Contra F. C. in Aug. G. p. 11. *Per verbum & Sacramenta tanquam per instrumenta donatur Sp. S. p. 429. Ea vis & virtus verbi est &c. p. 581. Rejicimus Enthusiast. errorem, qui fingunt, Deum immediate absque verbi auditu homines ad se trahere, illuminare, justificare & salvare. Et contra Rom. I. 16. Non enim verbum tantum est δύνατον 2. Cor. X. 4. δύναμενον σωσαι τὰς ψυχὰς Jac. I. 21. aut δύναμενον σοφίαι εἰς σωτηρίαν 2 Tim. III. 14. Sed ipsa δύναμις εἰς σωτηρίαν l. c. It. contra Marc. IV. 28. 1 Petr. I. 23. Semen est. E. vim plasticam spiritualiter regenerandi habet, suaque indole & ἀνοματίας fructificat. It. contra Jer. XXIII. 29. 2 Petr. I. 19. Hebr. V. 12. Ignis, lumen, cibus lacteus est, E. virtute salvandi intrinseca, nativa, naturali, propriaque & essentiali pollet. Denique contra Hebr. IV. 12. Verbum gladii vim habet, unde in concione Petrina animi auditorum *compuncti* ad Christi fidem convertebantur. Act. II. 37.*

V.

Illud inprimis commune habent cum priscis Hæreticis, (a) quod undique Scripturæ oracula corradunt, ex iis centonem confarcinant (b) & depravatis explicationibus ceu fidiculis ad deliria sua detorquent.

Ita (a) Irenæus de Valentinianis: *Perinde est, ac si ex imagine Regis resolvant gemmarum ordinem, & faciant vel suam, vel canem Lib. III. c. 12. p. 56.* (b) Intuere Barclaji Catechismum, nec aliud in mentem venit, quam esse farraginem & chaos dictorum contra Scripturæ mentem allegatorum. Inspice ceteros, quam misere discerpant Scripturam & lacerent. (c) v. gr. *Ventus flat, ubi vult Job. III. 8. E. Gentiles extra verbum illuminantur. Item: Caro non prodest quicquam Job. VI. 63. E. nec Scriptura. Histoire du Kouakerisme p. 26. Aliqui duo agni cornua Apoc. XIII. 11. de Wittenberga, quam Lutherus; & Geneva, quam Calvinus incoluerint, interpretantur, ibid. p. 137. Alii 7. Angelos Apoc. II. & III. ad Reges Septentrionales & quosdam Imperii Electores accommodant, ut Evangelium Prælichiæ Amstel. 1687. editum.*

Contra F. C. p. 738. *Profecto aeterni veracissimi atque omnipotentis filii Dei, Domini Creatoris & redemptoris nostri Jesu Christi verba, non ut figurate, Metaphorice, tropice dicta aut prolata, in aliam sententiam detorquenda sunt, ut nostræ rationi verisimilia fiant. Et contra Gal. I. 7. Hos enim Anathema ferit, qui turbant Ecclesiam & invertunt (μεταστρέφουσι) Evangelium Christi; quique aberrant & desectunt ad vaniloquium, non intelligentes, quæ loquuntur, neque de quibus asseverant 1. Tim. I. 6. 7.*

VI.

Symbola quoque Oecumenica & Confessiones Ecclesiæ publicas, cum veteres, tum recentiores, quæ ex S. Scriptura ad dignoscendos Hæreticos depromptæ sunt, aspernantur, nec iis sese patiuntur adstringi.

Ita jam olim Weigelius P. I. *Postilla p. 222. & in Dialogo p. 34. Hodie quoque omnes, qui ejus legunt vestigia, vel tacent plane de Symbolis, quod recte observat Dn. Holzhausen in Anti-Barclajo p. 18. vel iis obtrectant, ut Johann Mejer Fanaticus apud Cramerum in der Warnung vor den Quakern p. 84. Cela est contraire à la liberté de l'Esprit, ajunt in Histoire du Kouakerisme p. 24.*

Contra F. C. p. 571. *Quia statim post Apostolorum tempora, imo cum adhuc superstites essent, falsi Doctores & Hæretici exorti sunt; con-*
tra

tra hos in primitiva Ecclesia Symbola sunt composita, i. e. breves & Categorica confessiones, quæ unanimum Catholicæ fidei consensum & confessionem orthodoxorum & veram Ecclesiæ complectebantur, profite-
mur publice, nos illa amplecti, & rejicere omnes hereses &c. & p. 632.
Et contra 2 Tim. I. 13. ubi ὑποτόπισω saniorum verborum ter-
vari jubet Apostolus, i. e. θεμέλιον fundamentum doctrinæ
Christianæ, cujusmodi est Hebr. VI. 1. & Analogiam fidei
Rom. XII. 6. in hunc finem, ut primo omnes sint σύμφυχοι
unanimes, idemque sentiant. Phil. II. 2. & idem loquantur omnes,
nec sint in Ecclesia Schismata 1. Cor. I. 10. Denique, ut distin-
gant Hæreticos, paratique sint ad Apologiam 1. Petr. III. 15.
Quæ sunt præcipua Confessionum officia, quibus insuper
habitis, nec a Paganis, nec Hæreticis distingvimur.

VII.

Commentationes vero, quæ in Scripturam extant;
ab Hermenevtico studio profectas, salubresque Docto-
rum Ecclesiæ Interpretationes vel ideo non consulendas
putant, quod suum cuique lumen in iis interpretandis
sufficiat.

Ita Barclajus eas ut steriles notiones & incertas conjecturas rejicit
Apol. p. 201. Vir rusticus, qui ne vel elementum norit, quando Scri-
pturam lectam audit, eodem Spiritu hoc esse verum dicere potest, &
eodem Spiritu intelligere, & si necesse sit, interpretari potest. Apol.
p. 197. & p. 201.

Contra F. C. p. 635. Utilia & sincera Scripta (v. g. Commentarios in
S. literas, errorum refutationes, articulorum præcipuorum explicationes)
non rejicimus aut ex hominum manibus excutimus. Ea enim scripta
quatenus commemoratae hypothesei & compendiarie sanæ doctrinæ con-
formia sunt, tanquam explicationes utiles retineri & cum fructu legi
possunt. Et contra 1. Cor. XIV. 26. ubi in Congregationibus præci-
pitur Scripturæ ἐκμυστα, quæ ad adificationem cedit: ita tamen,
ut dijudicata ante sit v. 29. & Prophetis non opposita, sed sub-
jecta v. 32. non nisi ab interprete suscepta v. 28. ne confusio
inde oriatur. v. 33. Ita Paulus Commentatorem agebat, 1.)
exponendo, 2.) confirmando, 3.) svadendo regnum Dei ex lege Mosis
& Prophetis a mane usque ad vesperam. Act. XXVIII. 23.

VIII.

Ipsū Theologiæ habitum, ajunt, non studiis atque labore, sed immediato auxilio & influxu Spiritus S. acquiri: (a) nec meditata oratione prodeundum in concionem; sed paratas Dei suggestiones in tempore expectandas esse. (b)

Ita (a) Barclajus Apol. thes. X. p. 208. Sic artem prædicandi discunt, sicut quis artem aliquam Mechanicam discit: Nos contra vias Spiritus, ejusque immediatum auxilium & influxum, sequimur. &c. (b) Itaque invehitur in illos, qui student, ex libris colligant, & ante in Musæis præcogitent &c. p. 249.

Contra (a) 1. Tim. IV. 15. 16. Timotheus enim acceperat donum per Prophetiam v. 14. & tamen ad exercitium & profectum instigatur: *hec exerce, in his esto; ut tuus profectus sit in omnibus, attende Tibi ipsi & Doctrinae.* Et cap. I. 6. ἀναλωπορεῖν suscitare hoc donum jubetur, i. e. flabris & fomitibus admotis fovere: non secus ac ignis altaris ἔρανοπρεσῆς quotidiana lignorum injectione a sacerdotibus alebatur. Nec aliter se gesserunt Prophetæ V. T. quorum collegiis præsidebat aliquis ætate & donis Spiritus eminens eosque erudiens: ut videre est 1. Sam. XIX. 20. & 2. Reg. IV. 38. Concinit Petrus Apostolus dicens: Prophetas V. T. sedulo inquisivisse, (ἐξηρῶνῆσαν conf. Job. V. 39.) qualis futura esset salus per Mediatores acquirenda 1. Petr. I. 10. (b) Contra 2. Tim. II. 15. Qui recte secare debet sermonem veritatis, ad primum impetum & calorem disserere non potest. Paulus cum abundaret donis Spiritus præ ceteris: habebat tamen schedas & membranas, quas desiderat 2. Tim. IV. 13. Dicta memoriæ mandare jubet Sapiens Eccles. XXXIX. 3.

IX.

Theologiam denique Systematicam, & Disputationes de argumentis sacris; Philosophiam quoque, excellentissimum Dei donum, spernunt, probrisque incensunt & impugnant.

Ita Barclajus: *Præcipua eorum literaturæ pars est Theologia Scholastica (hoc nomine salutatur in universum Theologiam nostram.)*

quæ

quæ quidem monstrum est ex Scripturalibus quibusdam veritatis notionibus & Ethnicis terminis & axiomatibus productum &c. *Thef. X. p. 199. 200. De Disputationibus Theologicis & Philosophia ib. p. 198. V. Lüb. Ham. & Lüneb. im Bericht Mor. III. p. 123. it Mullerus in Anabaptismo p. 2. & p. 11.*

Contra F. C. p. 637. *Perfpicue declaramus, quod videlicet discrimen sit habendum inter non necessarias atque inutiles contentiones, quæ plus destruunt, quam ædificant, ne iis Ecclesia perturbetur: & inter necessaria certamina: quando tales controversiæ incidunt, ubi de articulis fidei aut præcipuis partibus Christiana doctrina agitur &c. Et contra 2. Tim. I. 13. ubi Forma sanorum verborum præcipitur It. contra Tit. I. 10. 14. Vaniloquis & mentium seductoribus oportet obturari os, it. contra Act. VII. 22. Ubi Moses ob Pansophiæ studium celebratur.*

DISPUTATIO III. DE LUMINE INTERNO.

THESIS I.

CUM sensualem esse Theologiam suam cupiant *Resp. M. Daniele Gradio. Dantisc.*
TREMULI; id cavent perpetuo, ne vel ad colendum Deum, vel ad officium hominibus præstandum se accingant, nisi divino quodam spiritu ad id concitentur, invetoque & interno lumine sese perfundi sentiant.

Ita Barclajus suis aliorumque verbis contendit: *Oportet nos oculis videre, auribus audire, & manibus contrectare verbum vita, ut Johannis verbis utar. Et ideo David, cum docet, quomodo oporteat divinam bonitatem cognoscere, ad sensationem, non ad speculationem nos vocat: Gustate & videte, Jehovah esse bonum, in Apol. p. 7. Quod attinet ad experimentalem & sensibilem Dei cognitionem, supremis animæ sensibus & potentiis Spiritualibus unice obviam, etiamsi Scripturæ verba non in ipso formali actu cognoscendi proxime concurrant; de tali nihilominus experimentalis & sensibili Dei cognitione*

tionem Scripturæ passim testantur, quæ quodam quasi intellectuali mentis cum Deo contactu percipiatur. De quo Plato, Plotinus alique auctores mystici. Keithus in *Amica Respons.* p. 24. Nihil in negotio religionis suscipiendum, nec Deus adorandus, nec proximus ad hortandus: nisi quis peculiari inspiratione divina ad id impelli se sentiat: apud Auctorem *Histoire du Kouakerisme* c. X. p. 35. conf. Greg. Leti *Historia Britannia* P. II. L. II. p. 54. 55.

Contra Form. Conc. quæ sic habet p. 672. De presentia, operatione & donis Spiritus Sancti non semper ex sensu, (quomodo videlicet & quando in corde sentiuntur) judicari debet aut potest: sed quia hæc sæpe multiplici infirmitate contacta sunt, ex promissione verbi Dei certo statuere debemus, quod verbum Dei, prædicatum & auditum, re vera sit ministerium & organon Sp. S. per quod in cordibus nostris vere efficax est & operatur. Et contra 1. Tim. VI. 6. Deus habitat lucem inaccessibilem, quem nemo vidit hominum, neque videre potest. E. sensibus externis percipi non potest. Item Job. III. 8. Nescis ventum unde veniat & quo vadat; sic est omnis, qui natus est ex Spiritu. Item Eccles. X. 5. Si non sentis, quæ sit ira Spiritus, & quomodo compingantur ossa in utero; multo minus scis opera Dei, qui est fabricator omnium,

II.

Ac illud quidem lumen utut mire obscuratum tetumque sit; nec ideo facile id assequaris: tamen adumbrari videtur posse, quod primo immediatum istud appellatur, & citra interventum verbi divini fingitur exoriri.

Ita Antonietta Bourignonia *Lib. I. Lum. in Teneb.* p. 179. Transitorie aliquando legi Nov. T. sed statim atque legere incepti, omnes sententias meas explicatas sensi, ita ut si illas scribere debuisssem, librum similem Nov. Test. composuisssem. Adeo plane cum hoc, quæ sentiebam, conformia erant. Et *Lib. II. p. 15.* Clare cognosco, quæ continentur in Scripturis, licet nunquam legerim, nisi N. T. & hoc tam parva reflexione, ut ne unicum quidem locum actualiter citare possim in eo contentum. Nihilominus tota Scriptura substantia animæ meæ inscripta est, &c. Integrum caput de interna & immediata revelatione pertractat Barclajus *Apol. Th. II. p. 4. seq.* conf. ejus Catechismum p. 24. seq.

Con-

Contra F. C. p. 331. *Constante tenendum est, Deum nemini Spiritum vel gratiam suam largiri, nisi per verbum & cum verbo externo & precedente, ut ita nos pramuniamus adversum Entusiastas, i. e. spiritus, qui jaculant, se ante verbum & sine verbo Spiritum habere, & ideo Scripturam sive vocale verbum judicant, flectunt, & reflectunt pro lubitu. Et 2. Petr. I. 19. contendit Apostolus lumen Taboreum in transfiguratione Christi, cujus spectator fuerat v. 16. cum lumine Scripturæ: Sed (καὶ) adversative ut Marc. XIV. 56. Luc. VIII. 18.) habemus, ait, βεβαιότερον luce Taborea clariorem sermonem propheticum (multo magis & Evangelicum, qui περισσεύει ἐν δόξῃ 2 Cor. III. 8. 9.) cui recte facitis attendentes (ut turba προσέειχον τοῖς λεγομένοις Philippi Act. VIII. 6.) ceu Lucernæ (non luce vacuæ sed) φαίνοντι perpetuo lucenti Ps. CXIX. 105. in caliginoso loco (corde obtenebrato h. t. & Eph. IV. 18.) Si ergo recte faciunt, qui ad hoc lumen attendunt; errant, qui tremulum quoddam fatuumque lumen expectant,*

III.

Idem quoque *Ido* supernaturale ac salutiferum esse censetur, eoque sufficiens, quo invitari omnes, vocari, duci, & nisi reluctentur, æternum salvari possint.

Ita Barclajus Propositione secunda: *Deus unicuique dedit mensuram aliquam salutiferi, sufficientis & supernaturalis luminis & gratiæ p. 97. Cum igitur hoc lumen sit lumen Christi, per quod omnes debent credere, non dubitandum esse opinor, quin sit supernaturale, salutiferum & sufficiens p. 99. Deus per hoc lumen & semen invitat omnes & singulos, vocat, redarguit, & hortatur illos, cumque iis quasi disceptat in ordine ad salutem, id si recipitur & non resistitur, omnium salutem operatur, etiam eorum, qui & Adæ lapsus, & Christi adventus, & mortis ignari sunt. p. 79. & p. 120. Ergo Scripturam S. non modo plane excludunt ab illuminatione, sed lumen ac spiritum suum eidem opponunt: testatur de se Scriptura, Barclajus in Catechismo ait, quod non ipsa, sed solus Spiritus ducat in omnem veritatem &c. p. 6. it. in Apol. p. 118.*

Contra F. C. p. 678. *Pio Zelo & magna severitate redarguendi sunt, neque in Ecclesia Dei ferendi Entusiastæ, qui somniant, Deum sine omnibus mediis, sine auditione verbi divini, & sine usu Sacramentorum,*

C

rum,

rum, hominem ad se trahere, illuminare, justificare, & salvum facere. Et contra Job. XVII. 17. 19. Ex quo loco haud dubie argumentor: Quodcunque lumen Scripturæ lumini opponitur, illud non est a Deo, nec adeo verum, nec salutiferum: (Deus enim se abnegare non potest: Hebr. VI. 18. semel autem revelavit, Scripturam esse veram & salvificam.) A. hoc lumen opponitur Scripturæ lumini. E.

IV.

Etsi vero hoc lumen distingvatur a lumine naturæ post lapsum supervenit: (a) tamen *Illio* velut semen omnibus peræque hominibus ab utero matris inesse, & pro mensura gratiæ cuique impertiri; (b) atque hoc ipso certum visitationis tempus homini assignari ajunt, (c) quo converti ad Deum & illuminari queat, si vel maxime impius sit & Historiæ Christi ignarus. (d)

Ita (a) Barclajus: Nos hoc principium divinum minime intelligimus esse partem aliquam hominis naturæ, neque reliquias quasdam alicujus boni remanentis in Adamo post lapsum. &c. Apol. p. 87. 88. (b) Hactenus affirmavimus, divinum spirituale supernaturale lumen omnibus inesse, etiam illud lumen vel semen esse Dei vehiculum, in quo Deus & Christus semper habitant, & a quo separari nequeunt; Sed cum id tuto non auderet asserere, sensu latiori addit, dici potest, Christum omnibus inesse, p. 86. Clarius autem sententiam ita effert: Deus, unicuique Judæo, sive gentili, sive Turcæ, sive Scythæ, sive Indo, sive Barbaro, cujuscunque gentis, nationis, sive generis sit, vel ubicunque terrarum degat, certum diem & visitationis tempus dedit, quo die & tempore possibile est illos servari. Omnibus inest sicut semen. p. 88. Illudque in utero matris adhuc incenditur, ut censet Auctor des helleuchrenden Herzenspiegels Med. IV. p. 31. (c) Per hunc diem & tempus visitationis, quod Deum omnibus impertire dicimus, quo servari unusquisque possit, non intelligimus totam uniuscujusque hominis vitam, sed tale tempus duntaxat, quo satis exoneratur Deus a singulorum condemnatione, quod quibusdam diuturnius, quibusdam brevius esse potest, sicut Deo secundum sapientiam suam videtur &c. Barclajus Apol. p. 82. (d) Subsistit in cordibus impiorum, dum in impietatibus manent, p. 84. Multi possunt sentire divini hujus & sancti seminis

minis virtutem, eaque a malo ad bonum converti, licet de Christi in terram adventu prorsus ignari sint. Idem p. 85. Lapsus Adami sensibiles Græcos Philosophos fuisse, & Jesum Christum etiam in-
 tus cognovisse, etsi externam historiam nesciverint, asserit p. 118.
 Contra F. C. p. 662. Antequam homo per Spiritum S. illuminatur, convertitur, regeneratur & trahitur, ex sese & propriis naturalibus suis viribus in rebus spiritualibus, & ad conversionem aut regenerationem suam, nihil inchoare, operari aut cooperari potest: nec plus, quam lapis, truncus, aut limus. & p. 670. Hinc ante conversionem non potest in ipso aliqua vis ad bene agendum in rebus spiritualibus inesse: Et p. 670. Visum autem est Deo per hoc medium, & non alio modo, nimirum per sanctum verbum suum, cum id vel prædicari auditur, vel legitur, & per Sacramentorum legitimum usum homines ad æternam salutem vocare, ad se trahere, convertere, regenerare & sanctificare. Quia in Dei sapientia (inquit Apostolus) non cognovit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes. Et Angelus inquit: Petrus loquetur tibi verba, in quibus salvus eris tu, & universa domus tua, &: Fides est ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Item: Sanctifica eos pater in veritate tua; verbum tuum est veritas, &c. Oro autem pro iis etiam, qui per sermonem ipsorum in me sunt credituri. Hactenus F. C. Et contra Eph. II. 3. 5. c. V. 8. Omnes natura sunt filii iræ, in peccatis mortui, imo tenebra. E. illis lumen salutiferum ab utero materno non inest. Contra Joh. XIV. 17. Quem mundus nec vidit, nec novit, illum non potest accipere. A. Spiritum veritatis mundus nec vidit, nec novit, E. Utraque præmissarum κατὰ τὸ πρῶτον in textu est. Conf. Job. I. 10. Denique contra Act. IV. 12. Sine cuius nomine non est salus sub cælo data hominibus, illius notitia ad salutem necessaria est. A. Sine Christi nomine non est salus sub cælo data hominibus, E. Quomodo autem credent in Christum, de quo nihil audiverunt? Rom. X. 14. Exceptiones discutit Reiserus in Anti-Barclaj. p. 287. seq. & Holzhusius in Anti-Barclajo p. 308. seq.

V.

Denique *IVto* hoc lumen ipsis substantia realis & spiri-
 ritualis

C 2

ritualis est, (a) quam anima hominis apprehendat & sentiat. Sed quo ardentius desiderant eam gustare, odorari, videre, contrectare, (b) eo magis Diaboli terriculamentis & ludibriis se exponunt. (c)

Ita (a) Barclajus nomine omnium: non intelligimus, inquit, hanc gratiam, hoc lumen & semen esse accidens, ut plerique inepte faciunt, sed credimus, esse realem spiritualem substantiam, quam anima hominis apprehendere & sentire potest. Apol. p. 84. (b) Prout radicem in nobis obtinet, & partem sive genituram accipit, spirituales illos sensus assequimur, quibus gustare, odorari, videre, contrectare, quæ Dei sunt, possumus. ibid. (c) Johannes Tolderry hujus luminis desiderio incensus muscam sibi obviam vidit, quam pro Dei legato habuit. Ben. Figken in Hist. Fanat. p. 175. Gilpinus quidam, cum duos Angelos sibi dari vigiles cupit, duas hirundines accipit comites, vid. Gilpini Quakers Sbaken. p. 42. Alii instinctu hujus luminis matrem suam, alii conjugem interficere non dubitant. vid. Figken Hist. Fanat. p. 211. Conf. Histoire du Kouakerisme p. 34.

Contra F. C. quæ rejicit Fanaticos homines, qui somniant, Spiritum S. dari, si sedeant otiosi, taciti, in locis obscuris expectantes illuminationem. p. 202. Et contra 2. Cor. XI. 14. Col. I. 18. Si enim Diabolus se in Angelum lucis transformat, μεταχηματίσται, aliaque & alia schemata hominum oculis objicit, mirum non est jactari ea ut visâ, & μὴ εἰδρακεν, quæ non viderunt.

VI.

Hinc & prodigiosus quidam tremor hoc lumen committatur, quo miseri, mente in silentium quoddam & soporem redacta, vultuque ad objectas imagines terrefacto, toto corpore contremiscunt, prostratique & per humum porrecti, cum potestate tenebrarum velut prælium ingressi colluctantur, gemituque & flebili ejulatu non victoriæ, sed miserrimæ servitutis signum, perpetuum animi mœrorem, reportant.

Ita fere de tremore differit Barclajus Apol. p. 230. Quando animus introvertitur, & vitæ apparitionem expectat, & vis tenebrarum in anima disceptat, & contra operatur; tunc gravissimus erit in animo labor, ut etiam externum hominem affectet, ita ut per has operatio-

nes corpus frequenter mire agitur, & gemitus multi & suspiria emittantur, imo quasi paritura angustia sentiantur. Sympatheticum hunc motum esse & cunctos simul afficere tradit Histoire du Kouakerisme p. 20. nec diffitetur Barclajus l. c. p. 230. Rarius tamen hodie tremorem apud illos deprehendi testatur Historia Britann. Greg. Leti P. II. L. II. p. 55.

Contra Rom. XIII. 17. Regnum Dei est gaudium in Spiritu S. E. non tremor. C. Gal. V. 22. fructus Spiritus est gaudium, non tremor. C. Act. XIII. 52. Discipuli replebantur gaudio & Sp. S. minime vero tremore. Diaboli coram Deo contremiscunt Jac. II. 19. Credentes stant & gloriantur, Rom V. 2. Jam olim in causa Montani & Theodoti Eusebius distingvebat inter *ἔκστασις* & *παρεκτάσις* falsum mentis excessum, ut reddit Valesius L. V. Hist. E. p. 181. Illa Prophetarum, hæc Fanaticorum est.

VII.

Unde est, quod non minus ac Apostoli immediata Dei revelatione duci, & ad docendum scribendumque impelli se prædicent, adeoque, quam ne Scripturæ quidem concedunt, divinam illuminationem, anilibus suis fallacibusque commentis vendicare non erubescant.

Ita Barcl. Apol. p. 45.

Contra F. C. p. 332. Heb. I. 2. Gal. I. 8. 9. Ef. VIII. 20.

DISPUTATIO IV.

DE
DEO TRINUNO.

THESIS I.

CÆterum, quibus semel eviluit Scripturæ S. auctoritas, ita incerti fluctuant trepidantque Fanatici nostri, ut in Manichæorum recidant errorem, duoque rerum coæva principia: bonum alterum seu lucis; & malum alterum s. tenebrarum comminiscantur.

Resp.
M. Georg.
Salemanno
Revalia.
Livon.

Ita de Manichæis clare testatur Epiphan. *Her. LXVI. p. 642.* Lucis principium non negant tremuli, sed de altero illo paulo obscurius tradunt, cum *potentiam naturæ & semen Satanae, prævum & malignum semen, a quo ad divinum lumen homo fit transferendus; & idem illud positivum appellant. V. Barcl. Apol. p. 53. & p. 56.* Hinc Johannes de Labadie in Examine Quakeriano *p. 194.* quantum ex verbis colligimus; ait, *positivum & essentiale principium peccati, quod tenebrarum vocant, statuunt.* Neque vero peccatum originale illud est, quia id ridet & ceu *inscriptualem barbarismum* explodunt *Barcl. l. c. p. 62.*

Contra F. C. *p. 9.* ubi Aug. Confessores damnant Manichæos, qui duo principia ponebant, bonum & malum. Et contra *1. Cor. VIII. 6.* Unus est Deus, (cei principium) ex quo omnia scil. bona *Gen. I. 31.* Malum a Diabolo deinceps invecum est, cum non servaret præciaram originem *Jud. v. 6.* sed caderet *Job. VIII. 44.* hominemque versutia sua seduceret *2. Cor. XI. 3.*

II.

Deum proinde haud alium colunt atque Sabellius & Muhammedani, quando & personas confundunt, (a) & SS. Trinitatis mysterium plane inficiantur. (b)

Ita (a) in Colloquio cum Hamburgens. habito respondent: *Spiritum S. esse Christum ipsum, & Christum esse Patrem: & tribus saltem nominibus unam eandemque personam insigniri, in Quakergreuel p. 3.* Idem docet Georg. Fox in *der Beschirmung p. 12.* & Isaac Pennington allegante Hadriano Pauli in *Quakerglauben p. 10. seq.* (b) Whitehaud quidam dixisse memoratur ap. Zentgraff. in *Colluv. Quaker. p. 27.* *Die drey Personen, davon du traumest-werden von uns durch aus alle geläugnet.* Auctor *Histoire du Kouakerisme p. 28.* refert, quod appellent mysterium Trinitatis *un Mystere de Metaphysique & a' Ecole ou d' Academie.* Equidem, cum regnum capesseret hodiernus Britanniaë Rex, coacti sunt hujusmodi formulæ subscribere: *Credo in unum solum Deum, qui est pater; & in Jesum Christum, filium ejus aeternum, verum Deum & verum hominem; & in Spiritum S. cum Patre & filio unum, solum & eundem Deum benedictum in secula.* Sed pro suo quisque arbitrio eam explicavit, uti addit Auctor *l. c. c. XX. p. 141.*
Ineptra

Inepta sunt, quæ Paulus Kaym deblaterat, cum Deum vocat *einen wörtlichen Gott*. item *eine jede Person dreysaltig, im Glaubens-Bekänntniß*. p. 44. 45.

Contra Symbolum Apostolicum, Nicenum, & imprimis Athanasianum in F. C. p. 1. 2. 3. *Quicumque vult salvus esse, ante omnia opus est, ut teneat fidem catholicam. Fides autem Catholica hæc est, ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur, neque confundentes personas, neque substantiam separantes. Alia enim est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus S. conf. A. C. p. 9.* Et contra 1. Job. V. 7. Ex quo loco sic infero: Quot sunt in coelo testes per se subsistentes, tot sunt personæ. A. tres E. Item Contra Matth. III. vers. 17. Hic enim se manifestavit *Voce Pater, Natus corpore, Flamen ave. Qua Deo Pavela* convincitur Sabellius apud Epiphan. Her. LXII. p. 516.

III.

Nec enim Filium Dei (a) nec Spiritum Sanctum (b) unius cum Patre essentia, æqualis gloria & majestatis esse credunt.

Ita (a) omnes illi, qui sibi ipsis Christi nomen vendicant, & vel similes, vel superiores illo, se faciunt, allegante Figkio in *Hist. Fan. p. 166*. Nec minus illi, qui Christum lumen internum dicunt, ut Barclajus *Apol. p. 87*. id est vehiculum Dei, ut idem ille p. 83. Blasphema vox est cujusdam: *Dafs Jesus Christus Gott und Mensch in einer Person seyn solte, ist eine Lügen*, referente Figkio in *Hist. Fan. p. 266*. (b) Spiritum S. esse distinctam personam inter errores refert William Caton in *der Beschirmung n. n. p. 7*. Alii, Spiritum S. non esse personam, sed Christum ipsum respondent Hamburgensibus p. 3.

Contra F. C. in *Symb. Athan. p. 2*. Patris, & Filii, & Spiritus S. una est divinitas, equalis gloria, & coæterna majestas. Id quod repetitur in *A. C. p. 9*. Et contra *Rom. IX. 5. Act. XX. 28. 1. Job. V. 20*. Quæ tria loca sic evincunt divinitatem Christi, ut nihil adversus ea excipiant adversarii, quod frigidum non sit atque vanum. Item contra *Act. V. 3. 4*. Ex quo loco sic concludunt Nostrates: Is, qui per Petrum locutus est, & cui primario mentitus est Ananias, est verus Deus. A. Spiritus S. est is. E.

IV.

IV.

Nec adeo discrimen reale in tribus divinitatis Personis agnoscunt.

Ita enim supra Thef. III. allegati haud obscure docent. Discrimen alii hoc constituunt, ut Patrem *essentia*, Filium *manifestatione*, Spiritum S. *illuminatione* distingvant, citante Hadriano Pauli in *Quaker-Glauben* p. 17. Sed idem illud asserunt Sociniani, V. Ochinus *Dialogo XIX.* p. 45. Barclajus quidem in *Catechismo* p. 2. videri poterat distinctas admittere personas, dum tres admittit testes ex 1. *Joh. V.* 7. Sed & olim Arius & hodie Sociniani hanc phrasin depravato sensu usurpant, V. recens Auctor *Theologia de Trinitate* p. 222.

Contra F. C. p. 50. *Una est essentia divina, individua, & tamen tres sunt distincta personæ ejusdem essentia divina & coeterna, Pater, Filius, & Spiritus S. Et constanter affirmamus, aliter sentientes extra Ecclesiam Christi & Idololatrias esse, & Deum contumelia afficere.* conf. p. 303. 304. 376. 401. Et contra *Joh. XIV.* 16. Ubi enim alius est filius, qui rogat, alius Pater, qui dat, alius Spiritus Sanctus, qui datur, ibi sunt personæ realiter inter se distinctæ. A. in SS. Trinitate. E.

V.

Sed DEum hujusmodi conditorem credunt, qui ex essentia sua hæc universa creavit, seque ipsum in partes diffuderit infinitas, (A) ut adeo quivis homo sese vel Deum, vel Christum, vel Spiritum S. (hæc enim non nisi nominibus distingvi ajunt) haud abs re appellare possit.

Ita vero Tremulos sentire, conficiam; nec parum me lucis existimo allaturum abstrusæ, quam de lumine fovent, doctrinæ. Hoc enim mysterium, uti crepant in omnibus fidei Articulis: ita peræque in omnibus investigandum est. Vetus Platoniorum assertum est, *Deum esse Spiritum universi, & adeo mentem divine portionis in anima effluxionem*: quod mea sententia nemo clarius exposuit Clemente Alexandrino, qui controversiæ statum sic format: *illi dicunt, Deum universam pervadere essentiam: nos autem eum solum dicimus effectorem &c.* Vid.

Lib. V.

Lib. V. Stromat. p. 590. 591. 592. 593. seq. Quod dogma pridem quoque imbibit Weigelius, qui P. II. Phil. Myst. p. 149. de Deo sic disterit: Gott ist aller Wesen Wesen, und aller Lebendigen Leben, complicative, und ist doch Gott nicht Creatur, scil. explicative. Idem in γυνῶδι θεῶτων p. 125. Omnia magis consistunt in Jesu Christo, (i. e. Deo) quam se ipsis. Er hat gemacht die Engel, drum müssen alle Engel und Teuffel in ihm beschloffen und begriffen bleiben. Er ist ein Wesen und Leben aller Engel und Teuffel. Hinc suum furorem quoque hausit Jac. Bohemus, qui in Apologia contra Balch. Tielken Sect. 521. p. 249. Ihr wollet nicht zu geben, daß der Teuffel ein grosses Theil der Gottheit nach des Vaters Natur sey — so weiset mir eine andere Natur an, daraus die Teuffel geschaffen seynd, als alleine die Göttliche. Hinc phrasēs ejus solennes: Gott hat sich creatürlich gemacht, item creatürlich und schiedlich. V. c. III. in Göttlicher Beschauligkeit p. 32. seq. Id quod Anonymus (quem Mefchmannum quendam Amstelod. esse perhibent) in Idea Theologiae Christianae juxta Principia Jac. Böhmi p. 4. 5. sic expressit: Deus, ut ita loquar, se ipsum creaturavit, i. e. septimae qualitatis particulam, in qua omnes septem incorporeatae insunt, secessione & separatione facta in nova centra disteminavit. Tot enim sunt novae creaturae, quot Centra, quae qualitatum circumferentiales influentias & confluentias in universale redire centrum non permittunt: sed in se, inque novae essentiae unitatem colligunt, quae alias sine creaturali separatione resfluerent in primam Dei qualitatem, quod pariter divinitatis, & ita universale centrum est. A Bohemiana mente non alienos esse Tremulos, vel inde patet, quod hunc sophum Lutheranis ceu divinitus missum commendant. Vid. Quirini Kuhlmanni Epistola IX, Catholica p. 35. Ne tamen sententiam sibi praeter meritum affingi conquerantur, audiant eandem a complicibus adstrui: Gott ist nicht unterschieden von den lebendigen Creaturen, item: Die Seele ist ein Part der Göttlichen Essenz apud Figkium in Hist. Fan. p. 265. Barclajus quoque, cui veluti Antesignano suo subscribunt reliqui, eandem doctrinam, utut paulo cautius, proponit: Nam intus querendum esse Deum ex Plontino inculcat, Apol. p. 7. hinc Apostolum Athenienses hortantem, ait, ad aliquid de Deo in semetipsis querendum, p. 50. & illam quidem substantiam divinam sentire hominem in se ipso p. 84. Hujus quoque

D

que

que mensuram aliquam unicuique impartitam fateretur p. 82. Et quamquam intelligat, essentiam Dei in se & precise sumtam in partes & mensuras divisibilem non esse l. c. minime tamen negat, alio quodam modo divinæ & gloriose vitæ mensuram omnibus inesse p. 83. Hinc (b) in Tremula cohorte nomen non habet, qui se certa ratione parem Christo non faciat, aut se personam Divinam aut certe Deificatam non fateatur, testante *Histoire du Kouakerisme* p. 29. Ut enim Bohemus suo auditori inculcat: *Du bist wie der gantze Gott-und bist auch eine solche Person wie der gantze Gott ist*, in *Aurora* c. 23. p. 300. Sic Georgius Fox, quem supra primipilum hujus Sectæ diximus, se pro Deo palam venditabat, uti refert Figken in *Hist.* Fanat. p. 220. James autem Naylor, famosus ille Apostata, Christum æternumque Dei filium se nuncupabat, referente Laffenio in *Hist. Quak.* p. 22. Nec dubium, quin cum Simone Mago & Manete se Paracletum & Spiritum S. esse jactitent Fanatici, cum inter Deum, Christum, & Spiritum S. non nisi nominum discrimen concedant, ut Thesi III. ostensum. Nunc demum eo adducor, ut existimem, lumen illud Quakerorum substantiam spiritualem, ut vocant, cuiusvis homini implantatam, nihil aliud esse, quam partem essentia diviniæ decisam; sive ex mente Platonis, qui illud *divinæ portionis effluxionem in anima* vocabat l. c. sive ex sententia Schwenkfeldii id accipias, qui *donâ Spirituâliâ partes essentia Dei esse*, ajebat, perinde fuerit. V. *Schlüsselb. Catal. Her. LX.* p. 99. seq.

Contra F. C. in *Catechismo Lutheri minore*, p. 370. Credo, quod Deus creavit me una cum omnibus Creaturis. &c. Hoc significari puto & credo, me Dei creaturam esse, b. e. quod ille mihi dederit corpus, animam, vitam, &c. p. 490. non ἁπλοῦς & ex essentia, hoc enim esset ex Deo simulacrum, aut pomarium Deum facere, ac semet ipsum pro Deo estimare, inque ejus locum sufficere p. 44. sed ἐνεργητικῶς & effective, quippe qui sors perennis sit & perpetuo scaturiens, affluentissimis bonis exundans, & a quo omne, quicquid uspiam boni est, & dicitur, emanat. p. 409. Et contra Hebr. X. 3. Deus ex his, quæ non apparebant, (μη φαινόμενα sunt μη ὄντα Rom. IV. 17. ἔδεν. Hiob. XXVI. vers. 7.) fecit, (non ex essentia; hæc enim non mutatur Mal. III. v. 6. nec ut creatura interit Ps. CII. 27. sed ex nihilo negativo, quod ne in conspectu Dei quidem φαινόμενον erat b. t.) ea quæ videntur

dentur, (βλεπόμενα, sed & ἀόρατα Col. I. 6. uno verbo τὰ ὄντα Rom. IV. 17.) Unde argumentor: Quicquid ex iis, quæ ne in oculis quidem Dei apparentia sunt, conditum est, illud non ex essentia Dei, sed ex puro puto nihilo productum est.
A. Hoc universum. E.

VI.

Denique Deum agnoscunt ut gratiosum conservatorem generis humani, remuneratorem virtutis, & sceleris vindicem: quam Dei cognitionem omnibus necessariam & sufficientem ad salutem profitentur.

Ita Barclajus de necessaria ad salutem noticia rogatus a Legato quodam, respondet peculiari Epistola; quam producit Histoire du Kouakerisme, & inde Deismi & Atheismi Tremulos convincit: c. XX. p. 165. cui non invitus subscribo. Nam D. Wilkinsium Quakerum peculiarem Deistarum Sectam constituisse, constat ex Theatro Britannico Gregorii Leti P. II. L. II. p. 65. Paria quoque cum Spinosa Doctrina facere jam pridem ostendit Hadrianus Pauli præf. integra des Quakerglaubens, ut adeo maximi faciendum sit iudicium B. W. Lyseri, qui de Enthusiatarum dogmatibus ait, quod ipse Paganismus sint, vel perparum admodum a paganismo differant. Disp. de Prophetis §. XIII. p. 13.

Contra F. C. p. 503. Nunquam eo propriis viribus pervenire possemus, ut Patris favorem & gratiam cognosceremus, nisi per Jesum Christum Dominum nostrum, qui paterni animi erga nos Speculum est, extra quem nihil nisi iratum & truculentum videmus iudicem. Et contra Act. XV. 11. Per gratiam Jesu Christi (non per aliud nomen Act. IV. 12.) credimus nos salvos futuros, quemadmodum Patres nostri.

DISPUTATIO V.
DE
CHRISTO SERVATORE.

THESIS I.

Resp.
M. Andr.
Töpffer,
Weniger.
Saxon.

Historiam de Christo uti non necessariam cognitu ad salutem existimant Tremuli; ita absque notitia ejus salvari & Judæum & Paganum posse diserte contendunt.

Ita passim docet Barclajus *Apol. Thes. VI. p. 64.* Non satis abunde veritatem annunciarunt, qui affirmantes Christum pro omnibus mortuum fuisse, absolutam externæ historiæ cognitionis necessitatem addiderunt ad assequendum salutiferum ejus effectum: Et p. 117. Sic etiam Judæus & Græcus, sine acceptione personarum, h. e. qui externam legem habent, & qui non habent, quando bonum operantur, justificabuntur, - licet adventum Christi non agnoscant. Et p. 107. Quidam nunc possunt salvari, quibus Evangelium externum nunquam prædicatum est, & historiæ Christi prorsus ignari sunt. *Gonf. J. Naylor in Respons. ad Baxt. p. 48. & G. Keithus in Amica Respons. p. 17.*

Contra F. C. p. 503. Quicumque extra Christianitatem sunt, sive Gentiles, sive Turca, sive Judæi, aut falsi etiam Christiani & Hypocritæ, quanquam unum tantum & verum Deum esse credant & invocent; neque tamen certum habent, quod erga eos animatus sit animo, neque quidquam favoris aut gratiæ de Deo sibi polliceri audent aut possunt: quæmobrem in perpetua manent ira & damnatione. Neque enim habent Christum Dominum, neque ullis Spiritus S. donis & dotibus illustrati & donati sunt. Et contra 1. *Joh. V. v. 12. Qui habet filium, (i. e. credit,) v. 13. habet vitam: qui non habet filium Dei, vitam non habet:* qua propositione non video quid clarius esse possit. Jam vero Pagani atque Judæi non habent Filium, E.

II.

Hoc enim reconditum illorum, nec nisi sagacioribus cognitum acroama est, quod integram de Christo historiam in sensum allegoricum transferunt, & de quovis

vis homine sancto interpretantur; (a) qui ἐπελεύσει Spiritus S. concipi, (b) divinæ naturæ uniri, (c) crucifigi, mori, sepeliri, resurgere ex mortuis, atque ascendere in cælos debeat. (d) Quod mysterium qui intelligunt; illi *Pascha manducasse*, (e) h. e. carnem suam immolasse, ipsumque adeo Christum se effecisse, solenni formula perhibentur.

Ita vero (a) se rem habere Auctor *Historia de Quakerismo c. V. VI. VII.* nervose exponit: Idemque J. Bohemus in scriptis suis, & Christ. Hoburg in Postilla Mystica per omnia testantur. Fundamentum hujus asserti illud est, quod James Naylor ad sui defensionem respondit: *In quo lumen (seu Christus) eminet, is pro Christo Salvatore habendus est*, allegato *Obadia v. 21. V. Hadr. Pauli in Quakerglauben p. 26.* Hinc (b) phrasæ Christo peculiare & proprias sibi suisque tribuunt; *Sein Engel hat euch begrüßet, sein Heiliger Geist hat euch überschattet*, Wilh. Penn. in *Heimsuchung der Liebe. p. 118.* (c) *Dasselbe göttliche wesentliche Wort nimmt unsere Menschheit (verstehe die geistliche Menschheit) an sich, und giebt sich derselben ein, und wircket und wohnet darinn, wesentlich, auff geistliche Art, wie Er in dem Leibe wohnet und würcket, den Er von Maria annahm.* J. Bohemus *Lib. II. de Testamentis Christi c. III. p. 98.* *Soll der Herr Jesus mit seinen Geist, Licht, Leben, Natur, Art und Wesen--in dir leben, wohnen und würcken, so muß Er in dir empfangen, und in dir gehoben werden, eine Gestalt in dir gewinnen.* Hoburg *Postill. Myst. Test. Nat. p. 27.* Gemina sunt, quæ Barclajus habet: *Intelligimus formationem Christi in nobis, Christum natum & productum in nobis &c. Thef. 7. p. 121. 128.* Quod etsi quidam ex *Gal. IV. 19.* mitius interpretari conentur, tamen forma hæc nonnisi salutaris cognitio est Christo conformis & ex Evangelio introducta, ut explicat Apostolus *1. Cor. IV. 15. 1. Pet. I. 23. conf. Philem. v. 10.* Illi autem formam essentialiam Christi s. essentialiam divinam hominibus ingenitam & concreatam esse asserunt, de quo vide *Kromaj. Hist. Eccl. cent. 17. p. 657. Balth. Meisn. disp. X. Theol. Fan. th. 3. §. 9.* Quapropter & ad tantum elationis profecti sunt, ut quidam similes se esse dicant Jelu: ut de Carpocratianis ait Irenæus *L. I. adv.*

Valent. c. 24. p. 47. At insolentiores sunt nostri, cum inquit: Christum & Sanctos unum constituere virum: & plenitudinem Deitatis habitare in utrisque eadem mensura: ut Dorcas Erbery apud Hadr. Pauli l. c. p. 35. Mollius paulo si non sentit, loquitur tamen Barclajus: Deus habitat aliter in homine Jesu Christo, quam in nobis Apol. p. 83. (d) Longum foret, paginæque excederet modulum, si reliquas loquendi formulas colligerem. Haud parvam illarum copiam in Weigelii, Bohemi, Gutmanni, Barclaji, Penni, Scheven aliorumque Scriptis deprehendes. Prisci enim cum recentioribus vel ideo conjungendi sunt, quod in his tectius paulo traduntur errores, in illis vero suspensa velut hedera propagantur. (e) V. Histoire du Kouakerisme c. V. p. 18.

Contra F. C. quæ in Symbolis Oecum. veteris Ecclesiæ Orthodoxæ consensum testatur p. 1. 2. *Credo in JESUM Christum, Filium Dei unicum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu S. natus ex Maria Virgine; passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus, &c. Quod A. C. clarius explicat p. 10. Unus Christus, vere Deus & vere homo, natus ex virgine Maria, vere passus, crucifixus, mortuus & sepultus, ut reconciliaret nobis Patrem, & hostia esset non tantum pro culpa originis, sed etiam pro omnibus actualibus hominum peccatis. Idem descendit ad inferos, & vere resurrexit tertia die. p. 772. Simplicissima enim Christiana fides nostra docet, quod filius Dei, qui homo factus est, pro nobis passus & mortuus sit, nosque sanguine suo redemerit. Et contra universam Evangelistarum Historiam, quæ scripta est, ut credamus, Jesum esse Christum illum Dei Filium, & ut credentes vitam habeamus per nomen ejus. Job. XX. 31. Imo contra Scripturam V. T. in qua omnes Prophetæ testantur de hoc Christo Servatore Act. X. 42.*

III.

Quamobrem dissolvunt Christum, & externum alium, alium internum sibi fingunt atque constituunt.

Ita ludunt nomine Christi Fanatici, ut, quid eo sibi velint, haud satis queas arbitrari. A Barclajo quintuplicem fingi Christum observat Holzhusius in *Anti-Barclajo p. 531.* Huc tamen

tamen sententia redire videtur, ut, vel de Christo, prout vixit & mortuus est, vel de eodem, in quantum essentiam divinam s. lumen homini inditum vox illa sustinet, loquantur. *Hic ille Christus internus est*, inquit Barclajus, *de quo nos tantum & tam sepe loqui audimur p. 83.* Equidem vetus Theologorum Canon habet: *omnia in Christo duplicia esse, excepta sola hypostasi*: quo ipso duas naturas, proprietates, voluntates & operationes naturarum indigitari constat, v. Höpfnerus *Loc. Theol. p. 293.* Sed longe alia est Fanaticorum hypothesis, qui præter Scripturam corpus Christo *externum & spirituale, adventum externum & internum*; denique talem passionem, crucifixionem, mortem, redemptionem & resurrectionem faciunt; quæ omnia præclare explicat & confutat Dn. Colbergius in *Platonico Christianismo P. II, c. V. p. 305.*

Contra F. C. quæ ex Symbolis Oecum. Christum vocat: *Filium Dei unicum. Dominum nostrum - unum Filium, non tres filios, qui licet Deus sit & homo, non duo tamen, sed unus est Christus. Unus autem non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum p. 1. 3. 4.* Et contra *1. Job. IV. 3. Omnis Spiritus, qui solvit Jesum (non confitetur Jesum Christum in carne venisse) ex Deo non est; Et hic est Anti-Christus, de quo audistis, quoniam venit & nunc jam in mundo est. Item contra 1. Tim. II. 5. Unus enim ille mediator est inter Deum & Hominem: cujus proinde redemptio non est gemina: quia semel pro peccatis passus fuit. 1. Pet. III. 18. Semel victimas obtulit pro peccatis populi Hebr. VII. 27. Ingressus est semel in sancta, æterna redemptione reperta. Alioquin oportuisset illum sæpius passum fuisse a condito mundo, nunc autem semel sub consummationem seculorum, ad profligationem peccati per immolationem sui ipsius apparuit.*

IV.

Externum Christum, quem Historia Sacra revelat, nec pro Deo habent, (a) nisi eo sensu, quo se quisque Tremulorum Deum appellare audet; nec duabus constare naturis credunt, (b) nisi ea hypothesi, qua lumen illud seu vehiculum Dei, Divina; corpus vero s. animale principium, Humana natura vocari possit. Ita

Ita hanc Doctrinam implicant Fanatici, ut vel Oedipum falant. (a) Christum aliquando Deum verbumque æternum & Filium Dei unigenitum & Lumen salutant, ut Barclajus in Apol. p. 9. & 62. sed tamen per hoc verbum Dei & Lumen, alibi se minime intelligere, ait, propriam essentiam & naturam Dei in se præcise sumtam - sed intelligere spirituale, cæleste, & invisibile principium & organum, in quo Deus, ut est Pater, Filius, & Spiritus, habitat, cujus divina & gloriosa vita mensura omnibus inest sicut semen, & hoc vocare se vehiculum Dei, spirituale Christi corpus, carnem & sanguinem Christi, quæ ex cælo venero p. 82. 83. Hinc adducor, ut credam, non alio sensu Deum ipsis appellari, quam Naylor, Foxus, aliique Sanctuli, Dei appellatione se patiuntur coli. Unde est, quod Barclajus, cum se suoque cum Christo comparat, non illum Deum, sed: sanctum illum virum, sanctum illum hominem, & hominem Christum Jesum saltem vocat p. 83. (b) De duabus Christi naturis orthodoxe quidem sentire videtur Barclajus inquiring: Cum fuerit cum Deo, ab ipso principio, Deus ipse existens, & etiam in tempore particeps factus naturæ hominis p. 10. Sed nemo illorum non fateatur, se divinæ juxta & humanæ naturæ aliquo modo participem esse. Hinc non dubitant scribere; *Er ist nicht zugleich von oben her, und nicht auch zugleich von unten her, nicht aus zweyen Naturen, sondern nur aus einer, Er ist vom Himmel kommen, d. i. von Gott ausgegangen, mit nichten aber auch von der Erden &c.* V. Monarchen Spiegel Præf. P. III. p. 9. 12. 13. Alius; *die Worte, menschliche Natur, verwerff ich in den Psul der Confusion apud Figken p. 260.* Alius, mendacium vocat hoc dogma, *ib. p. 266.*

Contra F. C. & Confessiones Orthodoxæ Ecclesiæ omnes p. 4. *Est ergo recta fides, ut credamus & confiteamur, quod Dominus noster Jesus Christus Dei Filius Deus & homo est: Deus ex substantia Patris ante secula genitus, & homo ex Substantia matris in seculo natus. Et p. 762. 763. credimus, docemus & consistemur: jam in una illa inavisa persona Christi duas esse distinctas naturas, divinam videlicet, quæ ab æterno est; & humanam, quæ in tempore assumpta est in personam filii Dei. Et contra Rom. IX. 5. Christus est ex Patribus (scilicet ex tribu Juda Hebr. VII. 14, Gen. XLIX. 10. Ap. V. 5.)*
secun-

secundum carnem (i. e. humanam naturam *Job. I. 14. 1. Tim. III. 16. Heb. II. 14.*) *qui est* (en essentiam, ὁ ὢν, conf. *Apoc. I. 4. XI. 17.*) *DEUS* (en essentiam divinam, conf. *1. Job. V. 20.*) *super omnia* (en *Attributum Omnipotentiae*: est enim *Christus ἐπὶ πάντων Act. X. 36. ὑπὲρ πάντα Eph. I. 22. 23. 1. Cor. XV. 27. Eph. IV. 6.*) *benedictus* (en *Attributum immensae gloriae*, nam *εὐλογητὸν εἶναι* est summi Dei *Rom. I. 25. 2. Cor. I. 3. XI. 31.*) *in secula* (en *Attributum aeternitatis Apoc. I. 18. Hebr. XIII. 8.*)
 Ex quo sic colligo: Quicumque est ex Patribus genitus secundum carnem, & idem tamen simul Deus omnipotens, gloriosus, aeternus; in illo sunt duae distinctaeque naturae, humana juxta & divina. A. Christus. E.

V.

Quinimo illum nec Sacerdotem & Redemptorem, qui pro peccatis totius generis humani satisfecerit, si vel maxime id praese ferant, pie credunt & venerantur.

Ita una veluti strage totum Christi cultum subvertunt. *Wer durch den hohet seelig zu werden, der zu Jerusalem gestorben ist, der wird betrogen, quidam apud Figken Hist. F. p. 267. Christus hat uns nicht erkaufft mit dem Lösegeld seines Bluts, das am Creutz zu Jerusalem vergossen ist, Naylor c. Higgenfon p. 8. 22. Hinc observarunt Hamburgenses, de morte & satisfactione Christi altum esse in omnibus eorum libris silentium p. 30. 31. Quod cum expungere conaretur W. Caton in Vindiciis, dicit quidem suorum nomine: Christum portasse peccata mundi, passumque, & mortuum esse p. 13. & 31. Sed juxta cum Judæis & Diabolis: qui exemplum & historiam dirissimae mortis inde capiunt, nec quicquam inde sibi imputatum cupiunt. Quare subdole inquirunt: Er kan ihn in der Warheit und Gerechtigkeit nennen den Herrn Jesum Christ, indem er warhafftig durch den Gehorsam zu seinen Creutz und Reinigung durch sein hochschätzbares Blut seinen Nahmen und Natur gelernet hat. Wilh. Schewen im Glauben und Erfahr. p. 50. Christum opera Diaboli dissolvere concedunt, sed interne & mente hominis Ames. c. Lassen. p. 23. Ist der Fürst dieser Welt in euch vollkömlich und gantz verurtheilet?*

E

W. Penn.

W. Penn. *Freundliche Heimsuchung* p. 78. Quicquid proinde de fide in sanguinem & mortem Christi loquuntur; vel de notitia & nuda relatione, vel de hominis interni officio, qui mortuus peccato, Deo satisfacere debeat, accipiendum est. Contra F. C. p. 371. *Credo, quod Jesus Christus me perditum & damnatum hominem redemit, & ab omnibus peccatis, a morte & potestate Satana liberavit, &c.* conf. p. 10. 19. 25. 493. 495. Et contra 1. Tim. I. 15. *Certus sermo & dignus, quem modis omnibus amplectamur, quod Jesus Christus venit in mundum, ut peccatores salvos faceret.* It. contra Rom. X. 9. *Si confessus fueris ore tuo Dominum Jesum, & credideris in corde tuo, quod Deus illum excitavit a mortuis, salvus eris.* Conf. Coll. II. 13. 14. 15. 1. Pet. I. 18. 19. 20.

VI.

Internus vero Christus illud passim jactatum lumen est, quod vulnerari, premi, extingvi, crucifigi & occidi quidem, sed & suscitari deinceps atque in perfectum beatumque hominem exsurgere queat.

Ita Barclajus *Apol. Theol. VI. p. 82. 86. 87.*

Contra Rom. VI. 9. *Scimus, quod Christus excitatus a mortuis non amplius (in hominibus) moritur.*

DISPUTATIO VI.
DE
REGENERATIONE ET JUSTIFICATIONE.

THESIS I.

Resp.
M. Io. Henr
Knoblach.
Wit. enb.

CUM duo homini semina inesse fingant nostri; alterum terrenum ac mortale, seu peccatum: alterum coeleste & immortale, seu lumen: atque hoc ipsum per lapsum Adami sepulchrum plane ac ferme extinctum fuisse censeant: tum demum regenerari hominem ajunt, si divinum hoc semen in eo suscitetur, a pravo illo ac maligno disjungatur, & Christus adeo produca-

ducatur in corde, atque ut spiritualis partus formetur.

Ita olim præiverunt nostris Fanatici veteres, qui docuerunt: *vetus homo est Adamus & inobedientia (peccatum) ipseitas, egoitas, similia: & novus homo Christus & obedientia &c.* Hornb. Summa Contr. L. VI. p. 489. Similia crepant W. Schewen: Die Sünde regieret noch in dem sterblichen Leibe; da noch der alte Mensch mit seinen Werck unabgeleget ist, da eigener Wille, eigene Weißheit, Die Selbheit mit aller ihrer Zugehör noch nicht verleugnet ist, im Glauben und Erf. p. 82. 83. Abrah. von Franckenberg P. II. Tr. Nosce Te ipsum p. 89. hominem distingvit in internum; qui ex centro luminis vivi & essentia divina oriatur: & externum, quem vocat: den vergänglichen flüchtigen Leib, den irdischen finstern Trauer-Saal, die äussere irdische Schale und schönöde nichtige Herberge, den angenommenen Adams-Peltz, das Gehäuse der Vergänglichkeit & p. 113. concupiscentiam appellat substantiam die Lust d. i. die Selbheit. Idem sane est, quod Barclajus tradit, cum homini & Semen Dei, & semen Satana inesse scribit: & homo, pergit, quatenus in hoc statu subsistit, nihil recte potest cognoscere; imo, & cogitationes & conceptus ejus de Deo, rebusque divinis, donec a pravo illo semine disjunctus divinoque lumini adjunctus sit, inutiles sunt Th. IV. p. 53. Ubi illi resistitur, Deus dicitur resisti & deprimi, & Christus crucifigi & occidi; & sicut etiam recipitur in corde, & effectum suum naturalem & proprium producere non impeditur, Christus formatur & suscitatur in corde p. 83. Inspicientes illum, penitentiam agant; quo is, qui nunc jacet quasi sepultus in illis, suscitetur, & omnia in cordibus eorum gubernet & dominium exerceat, p. 86. conf. p. 121.

Contra F. C. p. 649. Ex his omnibus luce meridiana clarius est, hanc Manichæorum doctrinam, & omnes opiniones, quæ ex ea dependent & consequuntur, rejici oportere: cum videlicet assertitur, quod peccatum originale sit hominis corrupta natura, substantia, essentia, corpus & anima ipsa, adeo, ut nullum prorsus sit discrimen inter corruptam nostram naturam, substantiam & essentiam, & inter peccatum originis. &c. conf. p. 576. 643. Et contra Rom. VII. 20. 21. Hebr. XII. 1. Ubi peccatum non substantia, sed κακὸν κατὰ κείμενον, malum adjacens, & ἐνοικῆσθαι in-habitans,

habitans, συναρταστικῶς tenaciter inherens, quod de natura Accidentium est, salutatur. Et contra 2. Cor. II. 5. ubi σαυροστικὴ ἰσχυρία, quam fingunt illi, consistere dicitur in mera incapacitate: E. quam minime substantiam infert.

II.

Imo depravatam hominis naturam superari, deponi, occidi, ac plane aboleri, adeoque essentialiter immutari in regeneratione, dicere non verentur.

Ita pervulgatum est illud, quod Fanatici decantant: *Was nicht meines heiligen Wesens ist, das muß nun fort ohn alle Frist*, citante Minist. Tripolit. im ausführlichen Berichte Mor. X. p. 454. Quod iisdem propemodum verbis repetit W. Shewen: *Ist er (der Christ) nicht in der That geändert, und die alte Creatur und das alte Wesen weg, so ist er nicht in Christo, und Gott kan und will nicht nach ihm, wo er nicht so ist, sehen, im Glauben und Erfahrenheit p. 89. Er bezeuget eine Sterbung und tödtliche Tödtung der Natur und des Gemüthes, so in Sünden das Leben hatten, so lange bis es getödtet und gestorben ist, und dieser Spruch an ihm erfüllet ist: Der Tod ist verschlungen in den Sieg &c. p. 79. Concinit Barclajus, qui, internus, inquit, iste partus in nobis (Christus s. lumen) justitiam in nobis producat & sanctitatem, ille est, qui nos justificat, quocum contraria & corrupta natura, quæ nobis dominabatur, & nos in condemnationem induxit, remota & superata est, ipse primus omnium & super omnia in nobis regnat, & gubernat. Apol. Thef. VII. p. 128. conf. Lassen. Sect. Quak. c. XI. p. 137.*

Contra F. C. p. 678. Magna severitate & pio Zelo redarguendi sunt *Enthusiastæ*, neque in Ecclesia Dei ferendi, qui fingunt: Deum in conversione & regeneratione novum cor, atque adeo novum hominem ita creare, ut veteris Adami substantia & essentia (præsertim vero anima rationalis) penitus aboleatur, & nova anima essentia ex nihilo creetur. Hunc errorem expresse refutat D. Augustinus in explicatione Ps. XXV. quo loco dictum Pauli: Deponite veterem hominem &c. affert & interpretatur hisce verbis: Ne aliquis arbitretur, deponendam esse aliquam substantiam, exposuit, quid esset, deponite veterem hominem & induite novum &c. cum dicit in consequentibus: quapropter deponentes mendacium, loquimini verita-

veritatem. Ecce hoc est deponere veterem hominem, & induere novum. Et contra *Eph. II. 5. Coll. II. 13. Eph. V. 8.* Idem ille homo, qui mortuus erat in delictis (non essentialiter immutatus, non alius,) vivificatus est, ut lux sit in Domino: Item contra *Prov. XX. 9. Quis potest dicere, mundum est cor meum, (abolitum, extinctum est cor meum, aut) purus sum a peccato?*

III.

Dehinc hominem regenitum in Dei ipsius & Christi naturam abire, seu *Deificari & Christificari* horrido baroque ore asseverant.

Ita quidem olim locuti sunt Scriptores, sed sensu minime Fanatico: *Sunt enim vere sancta litera, quae sacros faciunt & deificant, (illuminant) Clem. Alex. Or. ad Græc. p. 12. A Dionysio Areopagita imitationem Dei vocari Deificationem erudite observat Corderius in Annot. ad Dionys. Epist. II. p. 764. Ed. Paris. Ad unionem Christi personalem exprimendam adhibuit Joh. Damascenus Or. cont. Acephalos p. 569. quemadmodum incendium non significat mutationem naturæ, quæ incenditur, sed ejusdem cum igne unionem, sic & Deificatio significat carnis unionem cum Deitate &c. De regeneratione loqui videtur Greg. Nazianzenus, cum ait: Si adorandus non est, qui fit, ut me per baptismum deificet? Or. VI. p. 199. ubi addit Elias Cretensis: deificamur, dum per ipsum adoptamur, & tam per adoptionem, quam per gratiam dñi efficitur. Vel ut Damascenus L. II. de orth. F. p. 119. explicat: Deificamur non translatione in divinam substantiam, sed divina irradiatione. Hoc orthodoxum, illud Fanaticum assertum est, quod suum fecere recentiores. Sic Henr. Nicolai Amstelod. se Deum factum esse cum Deo, & consubstantiatum cum divino homine dixit, V. Minist. Tripol. Lehr- und Schutz- Schrift P. II. p. 135. Nec aliud vult Barclajus inquires: ad sensibilem cum Deo unionem & anicitiam venimus pag. 127. Christus intus formatur & anima ei conformis fit pag. 129. Christian Hoburg in Arnd. Redivivo c. XIII. pag. 16. Die lieben Alten nennen es Deificatio, Christificatio, nicht nach der Natur, sondern nach der reinen Creatur, sie wird gantz Christförmig, bekommt die Gestalt Christi nach dem Geist: Item in Theol. Myst. p. 170. die Seele wird ihrer*

Selbheit nach verzehret, daß sie gantz Gottförmig wird. Hinc est, quod Naylor, Foxus, aliique Deum & Christum, viam, veritatem, vitam se dixerunt, ut supra constitit.

Contra F. C. quæ verbis B. Lutheri istis hominibus, qui se pro Deo & Christo efferunt, videtur obloqui p. 443. Interim clausis oculis egregie dissimulamus, nos ipsos intus & in cute nebulones esse perditissimos, qui pœnam amplissime meriti sumus, nec tamen, vel tantillum vita in melius commutata, respicere animum inducimus. conf. imprimis p. 686. Hinc B. Chemnitii placet iudicium, qui propter Eutychis certamina & propter Schwenckfeldii deliria, inquit, nostro tempore sparsa de conversione & exæquatione naturarum, vocabulum Deificationis incommodius jam factum est, nec vellem ejus usum revocari. semper enim prolixa addenda esset declaratio & præmonitio. De Duab. N. c. XXVI. p. 171. Et contra 1. Cor. IV. 6. Ne quis supra id, quod scriptum est, sapiat: cum proinde hæ rationes loquendi sacris literis præditæ non sint, non immerito ab Ecclesia nostra rejiciuntur. Magnus erat Johannes, atque haud dubie sanctus Matth. XI. 11. & tamen confessus est: ego non sum Christus, imo ne dignus quidem, ut salvam corrigiam calceamenti. Job. I. 20. 27.

IV.

Inde quoque fluit, quod hominem regentem adeo perfectum existimant, ut non modo servare queat præscriptam Dei legem, sed & immunem ab actualibus peccatis se præstare, atque ad illum pervenire statum, in quo ne peccare quidem amplius possit.

Ita Barclajus integra Thesi VIII. tradit, cujus tamen singularem modestiam non possumus dissimulare, dum sic format controverſiæ statum: *Licet affirmem, quod, postquam aliquis talem statum adeptus sit, in quo possit non peccare, item & possit; non tamen affirmabo, statum non esse in hac vita obtinendum, in quo justitiam agere sit ita naturale anima generata, ut in istius status stabilitate peccare non possit, alii forsitan certius de hoc statu loqui possent, si illum adepti sunt, quod ad me attinet, modeste loquor, quia & ingenue fateor, me illum statum nondum adeptum esse, negare autem, dari eum, nequeo. p. 153. Alii vero multo apertius loquuntur: Die Sünde ist*

ist in dir getödtet ap. Figken in Hist. Fan. p. 137. Der Zustand der Vollkommenheit ist eine wahre Selbstverläugnung und Aufgabe in den Willen Gottes - er hat in diesen Stand auff- und übergeben sein Gemüth, Willen, Gedancken und Verlangen in den Willen Gottes, also, daß sein Gemüth sey das Gemüth Christi &c. W. Shewen im Glauben und Erf. p. 227. plura V. im Quakergreuel p. 38p. & im ausführli. Bericht Minist. Tripolit. p. 461.

Contra F. C. p. 585. *Credimus, docemus & confitemur, etiam vere credentes in Christum & renatos multis infirmitatibus & nævis ad mortem usque esse obnoxios.* Et p. 675. *Cum in hac vita tantum primitias Spiritus acceperimus, & regeneratio nondum sit absoluta, sed solummodo in nobis inchoata, manet perpetua quædam lucta inter carnem & spiritum, etiam in electis & vere renatis hominibus p. 91. Quid opus est longa disputatione? tota Scriptura, tota Ecclesia clamat, Legi non satisfieri, conf. p. 90. 92. 134. 319. 525. 668. Et contra 1. Reg. VIII. 46. Non est homo, qui non (actu) peccet. Et si dixerimus, quod non peccavimus, (actu,) mendacem facimus Deum, (ratione sententiæ legalis, quæ omnes arguit peccati Rom. XI. 32. Pf. XIV. 3. Rom. III. 10. & ratione sententiæ Evangelicæ, quæ Christum non pro justis, sed pro peccatoribus datum significat Rom. V. 6. 8. 1. Job. II. 2.) adeoque sermo ejus (veritas v. 8.) non est in nobis 1. Job. I. 10. Tum quoque impossibile est, ut lex fervetur Rom. VIII. 3. quia vel leviter offendens in uno sit omnium reus Jac. III. 10.*

V.

Ceterum, uti doctrinas de Justificatione ac de Sanctificatione confundunt: (a) sic non nisi essentiali Dei justitia nobis inhærente s. lumine divino, quod cuique innatum sit, hominem justificari asserunt. (b)

Ita (a) W. Shewen hos articulos male ordinat: *Der wahre Christ glaubet der Lehre von der Rechtfertigung, und daß solche unmittelbar dem Wercke der Heiligung folge, im Glauben und Erf. p. 92.* (b) Barclajus plane confundit, & utrumque lumini interno adscribit Apol. p. 129. *Interno hoc partu Christi in homine homo fit justus, ideoque justificatus a Deo, id circo, si necesse sit hoc verbo*

uti,

uti, hoc (& non nisi productus sit in nobis) formaliter justificamur in conspectu Dei, quia justificatio & magis proprie & frequenter in Scriptura in propria significatione sumitur, quo scilicet significat justum facere, non justum aliquem reputare, & tunc idem est cum sanctificatione. Conf. *Thef. VII. p. 121.* Similia vide apud Hadr. Pauli im *Quacker-Glauben p. 19. it. Colbergium in Christianismo Platónico P. II. p. 429.*

Contra F. C. p. 688. Sanctificatio, quamvis & ipsa sit beneficium mediationis Christi, & opus Spiritus Sancti, non tamen ad articulum aut negotium justificationis coram Deo pertinet, sed eam sequitur. p. 685. Necessesse est, ut illud dextre & proprie explicetur, ne renovatio, quæ justificationem sequitur cum justificatione fidei confundatur, sed hæc recte a se invicem discernantur. Et contra *1. Cor. I. 30. Gal. II. 16. & 20.* ubi hæc doctrinæ perspicue distinguuntur. (b) **Contra F. C. p. 682.** ubi rejicit eos, qui contendunt, justitiam fidei esse justitiam Dei essentialem, quæ sit ipse Christus, ut verus, naturalis & essentialis Dei filius, qui per fidem in electis habitet, eosque ad bene operandum impellat, & contra *Rom. III. 24.* Justificamur per redemptionem, quæ est in Christo Jesu, & per fidem in sanguine ejus. E. non essentiali, sed meritoria Christi justitia. Conf. *Phil. III. 8.*

VI.

Hinc non modo negant, imputata Christi justitia nos salvari: (a) sed ipsis Pontificiis iniquiores B. Opera ad justificationem absolute necessaria esse contendunt. (b)

Ita (a) audacter hoc asserit Barclajus, ut imp. *ativam Christi justitiam in sacris literis nullibi inveniri scribat Apol. p. 134.* Imo mendacium appellet, hominem justum pronunciare solummodo suppositive. Hoc autem verbum justifico procul omni dubio significat eum, qui justus factus est. p. 135. (b) Cum B. O. necessario & naturaliter procedant a partu hoc, sicut calor ab igne, ideo absolute necessaria sunt ad justificationem &c. Id quod latius exequitur p. 143. seq. Plura V. in *Wilh. Caton Beschirmung der Unschuldigen. p. 9.*

Contra (a) F. C. p. 584. Credimus, docemus, & confitemur, hoc ipsum nostram esse coram Deo justitiam, quod Dominus nobis peccata remittit, ex mera gratia, absque ullo respectu præcedentium, præsentium aut sequen-

sequentium nostrorum operum, dignitatis aut meriti. Ille enim donat atque imputat nobis justitiam obedientia Christi, propter eam justitiam a Deo in gratiam recipimur & justii reputamur. Conf. p. 122. Et contra Rom. IV. 5. 7. 8. c. III. 25. 2. Cor. V. 19. 21. 1. Cor. I. 30. in quibus imputata Christi justitia disertis verbis adstruitur. (b) p. 589. Credimus, docemus, & confitemur, quod B. O. penitus excludenda sint, non tantum cum de justificatione fidei agitur, sed etiam, cum de salute nostra aeterna disputatur. Conf. p. 16. 87. 90. 91. 92. 220. 624. Et contra Rom. III. 28. IV. 6. 7. 8. Gal. II. 16. Eph. II. 6. ex quibus Libri Symbolici orthodoxam sententiam confirmant.

DISPUTATIO VII.
DE
SACRAMENTIS.

THESIS I.

Sacramenti verbum velut non expressum in Scripturis, sed ex Paganorum Scholis invecum, improbant adversarii nostri, nec ferendum propterea in Ecclesia esse arbitrantur.

Resp.
M. Iohann
Weinberg,
Hamburg.

Ita cum Socinianis loquuntur Fanatici; dum corruptum & non ferendum vocabulum appellant, apud Hon. Reggium de Statu Eccles. Angl. p. 39. Mirum est, nomini Sacramenti Protestantes adeo inharere, cum terminus sit, in Scriptura nullibi inveniendus, sed a militantibus Ethnicorum juramentis deductus, Barclajus Apol. Thef. XII. p. 265. Das Wort Sacrament ist mit auffgeschet aus dem Pful des Elendes, Johan. Mejer ap. Maur. Kramerum in Christl. Warnung p. 186.

Contra F. C. p. 202. Nemo vir prudens de numero aut vocabulo magno opere rixabitur, si saltem illa res retineantur, quae habent mandatum Dei & promissiones. Hinc si recte conserventur res, perinde esse judicat B. Chemnitius, sive Sacramenta appellantur, sive aliter. Exam. Conc. Trid. P. II. p. 198. Et contra Harmoniam Evangelistarum, imprimis contra D. Paulum. 1. Cor. XI. 23. seq. Quicquid

F

quid

quid enim a Domino acceptum nobis tradiderunt Apostoli, illud procul dubio res sacra, seu stilo Ecclesiastico, Sacramentum est. Imo quam actionem Christus mandavit, Symbolis terrenis æque ac cœlestibus vestivit, & promissione de impetranda gratia illustriorem reddidit, illa omnino solennis & sacra, & (quid enim obstat?) sacramentum appellari meretur. Ostendant illi nobis, ubi *vivens & regnans ipseitas* hominis, quam Barclajus *Apol. p. 264.* alique ceu Doctrinam insignem prædicant, in Scripturis reperiatur, ut de reliquis verborum portentis nihil addam.

II.

Tum vero Baptismum in externum, qui aquæ, & internum, qui Spiritus fit lavacrum, dispertiant.

Ita Anabaptistas & Weigelianos, quorum idem hoc dogma est, V. Mullerus in *Anabapt. p. 249.* & Thummus in *Impiet. Weigel. Err. LXXIII. p. 200.* nostri e vestigio sequuntur. Barclajus certe adducto Matth. III. II. inquit: *hic de duobus baptizandi modis mentionem facit Iohannes & duobus differentibus Baptismis, uno aque, altero spiritus &c. Apol. p. 267. 268.* Similia tradit William Caton in *der Beschirmung p. 242.* & in Appendice p. 74. Antonia quoque Bourignonia, etsi contra Benjaminum Furly Quakerum disputet, eumque ob imminutam Sacramentorum dignitatem reprehendat: tamen ab hoc errore se penitus non absolvit: *Gleichwohl ist mir nicht unberwusst, daß mich die äusserliche Tauffe keines weges seelig machen könne, sofern ich nicht inwendig das Kennzeichen eines wahren Christen trage, in der Warnung wieder die Quacker p. 233. item p. 238. Als ich mich in mein inwendiges begab, da spürete ich die Gnade Gottes in mir noch viel häufiger, als ich sie bey dem Gebrauche der äusserlichen Sacramenten jemahls gespüret. Wenn nun diese Quacker sich eben derselben Ursachen wegen der Sacramenten enthielten, so wären sie für sich selbst zu loben. &c.*

Contra F. C. p. 537. *Quocirca mera Sycophantia est, & Diaboli illusio, quod hodie nostri novi Spiritus, ut blasphement & contumelia afficiant Baptismum, Verbum & Institutionem Dei ab eo dirvellunt, nec aliter intuentur eum, quam aquam e puteo haustam, ac deinceps ita blasphemo ore blaterant:*

terant: *Quid vero utilitatis manus aqua plena prestaret anima? Quis vero adeo vecors & inops animi est, qui hoc ignoret, divulgis Baptismi partibus, aquam esse aquam? Qua vero fronte tu tibi tantum sumis, ut non verearis ab ordinatione Dei pretiosissimum Κεραυλον avellere, quo Deus illam constrinxit & inclusit, neque inde divelli vult aut sejungi? Et contra Eph. IV. 5. Ut enim una (non gemina) fides, unus (non duplex) Dominus, sic unum (non duplex) baptisma. Item c. Iob. III. 5. Regeneramur ex aqua, non separata, sed unita cum Spiritu: quia aqua Eph. V. 26. juxta & Spiritus Sanctus Tit. III. 5. 6. in uno eodemque Baptismo super nos effunduntur.*

III.

Externum, ut vocant, Aquæ Baptismum nec Deum habere Auctorem, nec gratiam salutarem homini conferre, nec ideo in Ecclesia frequentandum deinceps esse blaterant & nugantur.

Ita enim errorem suum proponunt Joh. Mejer, vocat *alte Nachputzungen und Erfindung der Menschen* apud Cramerum in *Christlicher Warnung* p. 284. Barclajus inter legales ritus & ceremonias refert, *quarum hic baptismus seu aquæ lavatio una erat Apol. p. 273. Diabolus docuit sequaces suos affirmare, neminem, ut ut sanctum, membrum Ecclesiæ esse hac externa professione, & nisi externis ceremoniis initiatus sit p. 175. Quod Christus præceperit discipulis aqua aliquos baptizare, nunquam legere potui p. 273. Locum Matth. XXVIII. 19. de aquæ baptismo non intelligit, & hanc formam baptizandi aqua in Nomine Patris, Filii, & Sp. S. nullum mandatum habere scribit p. 279. Non externa lotionem aut Baptismo aquæ mandatur cor, quo homines ad cælum preparantur &c. p. 266. Tum vero non perpetuam hujus Baptismi celebrationem Christum voluisse sic probat: Nullus continuandus est Baptismus nunc, nisi unicus Baptismus Christi: E. aquæ Baptismus non est continuandus, quia non est Christi Baptismus p. 273. Item: baptizare aqua non est perpetuum Christi ad Ecclesiam suam statutum, ib. conf. *Histoire du Kouakerisme* c. XIV. p. 54. seq. Will. Shewen *im Glauben und Erfahrungheit* p. 100. seq. it. Pennington *im Weg des Lebens und Todts* p. 23. *Ames. Apol. c. Lassen. c. XV. p. 112.**

Contra F. C. quæ in primis fidei nostræ elementis docet: *Baptismum nobis non esse simpliciter aquam, sed esse aquam divino mandato comprehensam, & verbo Dei obsignatam. Aqua certe tantas res non efficit, sed verbum Dei, quod in & cum aqua est, & fides, quæ verbo Dei aquæ addito credit. Quia aqua sine verbo Dei est simpliciter aqua & non Baptismus, sed addito verbo Dei, est Baptismus, hoc est, salutaris aqua gratiæ & vitæ &c. p. 376. seq.* Hinc aquam Baptismi pro medio regenerationis saluari bene agnoscit, cum rejicit Schwenckfeldianos negantes: *quod aqua Baptismi non sit medium aut instrumentum, quo Dominus adoptionem filiorum Dei obsignet, & homines non regeneret p. 828.* Hominis vero non esse concedere Sacramenta, ait: *Non est enim auctoritatis humanæ, promittere gratiam &c. p. 200.* Et contra *Matth. XXVIII. 19. Euntes (missi ad hoc officium & vocati Iob. I. 33. Luc. III. 2. 3. Matth. XXI. 25.) docete (μαθητεύσατε i. e. discipulos facite vestros, Iob. IV. 2. Act. XIV. 21. Matth. XXVII. 57. tum vero (1.) baptizate h. t. (2.) docete v. 20.) omnes gentes (cujuscunque generis Iob. III. 6. cujuscunque ætatis Act. II. 39. c. XVI. 15. 33. c. XVIII. 8.) baptizantes illos (non sine aqua, ut illi volunt: nam Apostoli aqua baptizarunt Act. X. 47. VIII. 36. Iob. III. 23. & illa quidem Spiritui verboque unita Eph. V. 26. Iob. III. 5.) in nomine (i. e. mandato, auctoritate & virtute, Matth. VII. 22. Act. III. 6. Marc. XI. 28. 29. Act. II. 38. 1. Pet. III. 21.) Patris, Filii, & Spiritus S. (Hi enim ut distinctæ Personæ in Baptismo Christi solenniter comparebant Matth. III. 16.) Unde colligimus: (1.) Baptismus aquæ verbo unitæ mandatus est a Christo. E. est auctoritatis divinæ. (2.) Idem Baptismus instituendus est nomine & auctoritate, virtute SS. Trinitatis. E. gratiam conferre, regenerare & salvare potest. (3.) Qui iussit servari omnia, quæ præcepit, ille quoque iussit perpetuo retineri Baptismum, quia & hunc præcepit, h. t. A. Christus. E.*

IV.

Hinc etiam Pædo-Baptismum rejiciunt, eoque vel solo ex Anabaptistarum grege se prodiisse testantur.

Ita Barclajus *Apol. p. 264. Quoad Baptisma Infantum, mera traditio humana est, cujus nec exemplum, nec præceptum in univer-*

sa Scriptura invenire est. Consentiant reliqui in Quaker-Greuel.
c. 5. p. 166.

Contra F. C. in Apologia p. 156. *Cum plerosque alios errores Anabaptistarum damnamus, tum hunc quoque, quod disputant, Baptismum parvulorum inutilem esse. Certissimum enim est, quod promissio salutis pertinet etiam ad parvulos. Idem damnatur p. 12. p. 239. 376. 401.*
Et contra Act. II. 39. Quibus facta est promissio gratiæ per baptismum obtinendæ v. 38. 40. illi sunt baptizandi A. vobis καὶ τέκνοις ὑμῶν, filii vestris E. Item contra Act. XVI. 15. 33. XVIII. 8. Apostoli integras familias baptizarunt. E. & infantes.

V.

Internus vero Baptismus nihil aliud est Fanaticis nostris, quam suffocatio quin & extinctio substantiæ peccaminosæ, & resuscitatio substantiæ divinæ s. luminis nobis innati; sic, ut de Baptismo nihil nisi cassum nomen retineant.

Ita credo mentem illorum me quodammodo affectum: adeo enim obscure de mysteriis suis loquuntur, ut nec ipsi, quid sibi velint, intelligant, nec proinde ab aliis satis intelligantur. *Die Tauffe ist eine Ertränkung der alten Sach mit allen seinen Unreinigkeiten, und Aufweckung einer neuen Sach. It. Pennington im Weg des Lebens p. 23. Barclajus obscure & diffidenter de eo loquitur p. 280. seq. Will. Caton ex Hermete Trismegisto Baptismum Spiritus demonstrat: Er (Hermes) lehret in demselben Buch klar von der Tauffe Christi oder des Geistes, welchen er nennet das Gemüthe &c. in Append. p. 72. Der Christ Bezeuget eine Sterbung und tödtliche Tödtung der Natur des Gemüths Shewen I. c. p. 79. & p. 99. Plures ejusmodi rationes loquendi V. im Hertzens-Spiegel §. VIII. von der innerlichen Tauffe p. 77.*

Contra F. C. quæ verbis Lutheri longe aliter describit vim & efficaciam Baptismi: cum enim in Cat. Min. videri possit velificari Eanaticis p. 378. *Vetus Adam, qui in nobis est, subinde per quotidianam mortificationem ac penitentiam in nobis submergi & extingui debet, atque rursus emergere & resurgere novus homo &c.*

egregie explicat in *Cat. Maj. p. 548.* quid veteris Adami notatione veniat: quid autem est vetus homo? hoc nimirum est, quod ab Adamo Patre nostro nobis successione quadam hereditaria innatum est, scilicet, quod sumus iracundi, immites, invidi, luxuriosi, avari, pigri, superbi, increduli, breviter, omnibus vitiis contaminati, & in quibus natura nihil boni inest. Jam in Christi regnum delati, hisce vitiis quotidie decrescendum est, ut subinde magis atque magis mitiores, liberaliores, patientiores, mansuetiores fiamus, semper aliquid avaritiae, odio, invidentiae, superbia atque id genus vitiis detrahentes. Hæc autem ad renovationem pertinent, hinc addit: hæc duo, V. Adami mortificatio & N. hominis resurrectio, per omnem vitam nobis indefinenter exercenda sunt: ita, ut Christiani vita nihil aliud sit, quam quotidianus quidam Baptismus, semel quidem inceptus, sed qui semper exercendus sit. Et contra *Rom. VII. 24.* Miser ego homo (ob servitutem peccati *v. 14.*) quis me eripiet (plane liberabit, quæ verbi vis *Luc. 1. 74. 1. Thes. I. 10. i. e.* nunquam in hac vita liberabor plane.) ex hoc corpore morti obnoxio (i. e. peccato originali, quod ideo corpus peccati *c. VI. 6.* & caro *Gal. V. 17. 21.* & vetus homo *Eph. IV. 22.* imo corpus peccatorum carnis *Coll. II. 11.* dicitur: hujus corporis membra mortifera recenset: Stuprum, immunditiam, mollicitiam, concupiscentiam malam, & avaritiam, *Coll. III. 5.*) Cum proinde ceu corpus infixum sibi unitumque hoc peccatum esse conqueratur regenitus, quis ab eo se ereptum iri in hac vita confidat?

VI.

Perinde de Sacra Cæna tradunt, quam pro externa saltem ceremonia, atque ejusmodi actione habent, quæ non magis necessaria sit, atque lotio pedum a Christo aliquando præcepta; ut adeo præter Christi institutum illam in Ecclesiis nostris hodiernum celebrari existiment.

Ita *Barclajus Thes. XIII. Apol. p. 287. seq.* Expediit nunc considerare naturam & constitutionem illius Ceremonie, num adhuc sit permanens institutum in Ecclesia, imo num quidem necessaria aliqua pars cultus novi fæderis sit, aut num melius magisque obligans fundamentum habeat, quam alie ceremonie instituta, eodemque tempore peractæ, ut

lotio

lotio pedum. Vid. p. 300. & 303. Ideoque inter errores refert, quod communionem corporis & sanguinis Christi referamus ad externum illud corpus & sanguinem Christi, quod e Maria natum & in Judæa passum est, cum referri debeat ad spirituale corpus, illudque cœleste lumen p. 294. Obschon der Nahm - Christ zum öfftern von diesen äusserlichen Brod isset, und aus diesen äusserlichen Becher trincket, welches er in Unwissenheit des Herrn Abendmahl nennet, so hungert und durstet ihn doch wieder nach der verbotenen Frucht &c. W. Shewen l. c. p. 113. Bourignoniaetsi in Quakeros invehatur: tamen efficaciam & fructum S. Cœnæ non parum enervat, cum ait: Auch hat er das Sacrament der Liebe eingesetzt, und hierdurch verordnet, daß sich die Christen sowohl in äusserl. als innerl. Liebe versammeln solten, in der Warnung wieder die Quaker. p. 232.

Contra F. C. quæ p. 354. ita differit: Hoc equidem non inficiabimur verum esse, si verbum auferas, aut sine eo hoc Sacramentum intuearis, præter merum panem ac vinum nihil tibi mansurum reliqui, sed verbis una cum vino & pane manentibus, sicut debet & oportet, tum constat, illa veraciter esse Christi corpus & sanguinem. Sicut enim os Christi dicit ac loquitur, ita quoque est, ut qui neque mentiri novit, nec fallere. conf. p. 157. 551. 597. 724. Et contra 1. Cor. X. 16. ex quo concludit Apologia A. C. p. 157. Cum enim Paulus dicat, Panem esse participationem corporis &c. sequeretur, panem non esse participationem corporis, sed tantum Spiritus Christi, si non adesset vere corpus Domini. Item contra Matth. XXVI. 26. Marc. XIV. 22. 1. Cor. XI. 23. ex quibus patet, perpetuam esse debere S. Cœnæ celebrationem.

VII.

Sic nihil aliud nostris S. Cœna est, quam introversio animæ ad lumen cœleste, internaque & realis participatio divinæ & spiritualis substantiæ s. luminis, quod, ob fruitionem, caro & sanguis spiritualis ab illis salutatur.

Ita Barclajus l. c. p. 292. Cœna igitur Domini realiter & vere possidetur, quandocunque anima introvertitur ad lumen Domini, & sentit & participat cœlesti vita, qua homo interior nutritur. Imo carnis & sanguinis participes fideles fieri ajunt: Sed si quærat, quia

quid per corpus & sanguinem intelligant, respondet Barclajus: *Cæleste illud semen, divina illa & spiritualis substantia, de qua locutus sum th. 5. & 6. h. e. vehiculum illud f. Spirituale Christi corpus, quo hominibus vitam & salutem communicat p. 288. Sein Blut ist die rechte Lichts- und Lebens-Tinctur, beleuchtet. Hertzens-Spiegel p. 69. Contra F. C. p. 157. & contra Matth. XXVI. 26. 28. Marc. XIV. 22. 24. Luc. XXII. 19. 20. 1. Cor. XI. 23. 24.*

DISPUTATIO VIII.
DE
MINISTERIO ECCLESIASTICO.

THESIS I.

Resp.
M. Georg.
Hanero,
Sbasburgo
Transylv.

Nunc in sacrum Ordinem iusto invehuntur acerbis, & sicubi indignum sacerdotem conspiciunt, ipsummet Sacerdotium spernunt & cavilantur.

Ita nostri veterem illam Donatistarum & Anabaptistarum cantilenam iterant, qui, non ex puritate Doctrinæ, sed vitæ, verbi ministros probabant, planeque abolitum volebant hunc ordinem, ut Hæresium notant Collectores. Idem enim in Barclajo proluxe deprehendens *Apol. p. 192. Lancem Saturam convitiorum, quibus nos onerat, vide ap. Hamburg. in Quakergreuel p. 266. & ap. Thomam Hallum in Apologia pro Ministerio Evangelico p. 1. 2. seq.*

Contra F. C. p. 156. *Monuit nos Christus in Collationibus de Ecclesia, ne offensi privatis vitiis sive Sacerdotum sive populi schismata excitemus, sicut scelerate fecerunt Donatistæ. Et p. 150. improbantur Donatistæ & Viglevistæ, qui senserunt, homines peccare accipientes Sacramenta ab indignis in Ecclesia. Et p. 155. conceditur Sacramenta esse efficacia, etiamsi per malos ministros tractentur, quia ministri funguntur vice Christi, non representant suam personam &c. Et contra Matth. XXIII. 2. 3. Sedent Scriba & Pharisei in Cathedra Moisis. Omnia ergo, quæcunque jusserant vos servare, servate & facite: secundum vero opera ipsorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt. Ex quo loco confutat Aug. Confessio Donatistas & similes, qui negabant,*

gabant, licere uti ministerio malorum in Ecclesia, & sentiebant, ministerium malorum inutile & inefficax esse p. 12. Pulcherrimum illud Chrysofomi monitum addo: Cum videris sacerdotem indignum, ne traducas Sacerdotium. Homil. IV. in c. VIII. Es. p. 842.

II.

Itaque in V. D. Ministris modo (a) habitum paulo demiffiorem, modo (b) compellationes titulosque honoris, modo (c) sapientiæ & doctrinæ studium, modo (d) stipendium, quo tenuiter aluntur, fugillant insipidi & criminantur.

Ita verbis æque ac scriptis nostros laceffunt: Die in langen Kleidern geben - Sie werden von den Menschen Herrn und Meister genennet, haben die vornehmsten Stellen in den Versammlungen - meinen mit ihren Künsten und Sprachen die Schrift zu eröffnen - sind dieselben, so um Miethe und Zoll predigen &c. Integra adducere loca non vocat. Vid. Hamb. Quackergreuel p. 266. conf. Dn. Colbergii Christianismum Platon. p. 307. seq. Idem Barclajus objicit: Quos nos tuemur & patrocinamur ministros, non colore vestium ab aliis distingui cupimus, Apol. p. 219. Nunquam fuit Christi aut Apostolorum consilium, ut Christiani diversos ordines & gradus faciendo carnalem Hierarchiam constituerent p. 204. Die hoc nostro excitavit Deus sibi testes, sicut olim piscatores, quorum plerosque ab aratro & vulgaribus artibus Mechanicis evocavit, qui sine hac mundana eruditione per virtutem & Spiritum Dei Babylonis radicem & fundamentum percusserunt Barcl. Apol. p. 202. conf. p. 196. seqq. p. 198. seqq. Prædicatores, tam Protestantes, quam Pontificii, nemini volunt prædicare, donec primo certiorati sint, tantum quotannis accipere p. 211.

Contra F. C. p. 202. Prodest, quantum fieri potest, ornare ministerium verbi omni genere laudis adversus Fanaticos homines, qui somniant, Spiritum S. per verbum non dari &c. Et p. 444. Illi enim soli Patres spirituales dici mereantur, ipsi verbo Dei nos pascunt, regunt ac docent, & fideliter præfunt gregi 1. Cor. IV. 15. Cum ergo Patres eos esse constet, & his honor præ omnibus aliis deferendus est. Neque vero suæ indulgere libidini & licentiæ permitimus ministrum

G

Seã

Sed juxta Paulum: *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris maritum, vigilantem, sobrium, hospitalem, aptum ad docendum, &c. p. 385. Et p. 387. præcipitur merces verbis Apostoli: Dominus ordinavit his, qui Evangelium annunciant, de Evangelio vivere. 1. Cor. IX. 14. Tum & (a) contra Exod. XXVIII. 2. Job. III. 4. ex quibus patet, Sacerdotio vestitum peculiarem & a vulgari abhorrentem fuisse. Item (b) contra Gal. VI. 6. Qui bene præfunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & Doctrina. Item (c) contra 1. Cor. XIV. 12. Ad ædificationem Ecclesiæ, querite, ut excellatis, περισσώτερος, i. e. ne pueri sitis sensibus v. 20. Item (d) contra 1. Cor. III. 8. Unusquisque tamen suam mercedem accipiet juxta laborem suum. conf. Luc. X. 7.*

III.

Primum ipsorum falsum est, quod interno lumine, adeoque immediate, hodiernum vocari ad sacra munia ministros docent; reliquos vero, qui ab hominibus constituuntur, nec divina vocatione niti, nec verum Sacerdotis nomen sibi vindicare posse.

Ita Barclajus Apol. p. 178. Quod primum hoc loco inquirendum videtur, est, de vocatione Pastoris seu Doctoris in Ecclesia Christi? Respondemus, interna vi & virtute Spiritus Dei in corde suo instructus esse debet. it. l. c. Omnes Novi Testamenti ministri debent esse ministri Spiritus, & non literæ, secundum illud, 2. Cor. III. 6. - Sed quomodo potest aliquis Spiritus minister esse, qui intus Spiritu non vocatur, quique operationem & testimonium Spiritus vocationi suæ Essentialia non judicat? Ut minime potuerit literæ esse minister, qui inde vocationis suæ causam non haberet, ita neque potest Spiritus esse minister, qui ei peregrinus & motionum ejus ignarus est, neque novit se ab illo agi & moveri, & Spiritum illum in opere ministerii præcedere. A quo non abiit Christ. Hoburg in Post. Mystica fol. 80. Er muß von Gott recht inwendig gesalbet, beruffen, und mit seinen inwendigen Triebe begabet also gesand werden. Idem hoc est, quod Weigelius quondam tradidit, in Post. P. I. p. 212. Welcher kan sagen, ich bin von Gott beruffen und gesand, sind wir nicht

nicht alle von Menschen auffgeworffen beruffen? Von den hohen Schu-
len kommen wir her.

Contra F. C. p. 334. *Quapropter sicut vetera exempla Ecclesie & Pa-
trum nos docent, idoneos ad hoc officium ipsi ordinare debemus &
volumus, p. 13. it. p. 204. & pag. 624. Ubi rejicit errorem Ana-
baptistarum statuentium: Quod homo pius nihil prorsus commer-
cii habere debeat cum Ecclesia ministris, qui Evangelium Christi jux-
ta Augustanae Confessionis sententiam docent, & Anabaptistarum con-
ciones & errores reprehendunt: & quod ejusmodi Ecclesie ministris
neque servire, neque operam locare liceat: Sed quod iidem ut perver-
siores verbi divini vitandi & fugiendi sint. Tum & contra Act.
XX. 28. ubi praefecti & Presbyteri Ecclesie Ephesinae, etsi ele-
cti ab hominibus essent, tamen dicuntur constituti a Spiritu
Sancto: Attendite vobis & cuncto gregi, in quo vos Spiritus S. po-
suit Episcopos ad regendum Dei Ecclesiam. It. contra Matth. IX. 38.
Deus mittit operarios in messem, quamdiu messis durat: E. haec
missio etsi non sit immediata, tamen vere divina est.*

IV.

Hinc Laico juxta & Clero, foeminæ perinde ac ma-
ri, imo cuivis homini regenito, Sacerdotii honorem per-
mittunt, ut simul ac concitetur aliquis Spiritu divino, in-
trudere se in pulpita, docere verbum & administrare
sacra munia quæcunque possit.

Ita Barclajus primo tollit discrimen Laici & Cleri cum ait: *Quod au-
tem recusamus, est distinctio illa Laici & Cleri (quæ in Scriptura non inve-
nitur) qua nemo admittitur ad opus ministerii, nisi quia ea causa in
Scholis educati, & in Logica & in Philosophia &c. instructi sunt.
- Ex hac distinctione hic etiam abusus sequitur, quia boni & honesti
homines Mechanici, aliique, qui hanc predicandi artem non didice-
runt, & ideo non sunt secundum praescriptas istas regulas licentiatii,
falsa hac opinione imbuti, illicitum sibi esse ad ministerium aspirare
ob istius literatura defectum, ideo donum in seipsis negligunt, & fre-
quenter extinguunt puras Spiritus Dei inspirationes in cordibus suis,
quibus si non resisterent, forent ad adificationem Ecclesie longe utilio-
res, quam multi illi literatorum, exarati sermones. Apol. p. 208. 209*

G 2

Deinde

Deinde libero Dei dono relictum esse ait, ut, quos velit, vocet sive pauperes, sive divites, sive servos, sive Dominos, sive senes, sive juniores, sive mares sive fœminas, p. 204. Cum mas & fœmina idem sint in Christo Jesu, & cum uni non minus quam alteri det Spiritum suum, igitur, quando in muliere movet Deus Spiritu suo, nullo modo illicitum iis esse in conventionibus populi Dei prædicare judicamus p. 210. Quousque autem se extendat sacerdotium cujusvis Christiani, perspicue exponit Auctor Mentionis Christianismi & Ministerii Germaniæ: Ein jeglicher Christ ist ein Bischoff des andern Christen, daß auch einjedweder Christ Macht hat die andern zu excommuniciren und wieder aufzunehmen p. 9. & seq. Unusquisque verus Minister Spiritum Dei, virtute & vi sua eum comitantem & auxiliantem, cognoscere debet. Barcl. p. 209.

Contra F. C. quæ discrimen Laici & Cleri retinet, cum quæstio oritur, An Laicis utraque Sacramenti species porrigenda sit p. 234. Quo autem sensu & in quantum admittenda distinctio sit, solide definit B. Carpzovius Isagoge in Aug. Conf. p. 580. Deinde in A. C. Art. XIV. deciditur, quod nemo debeat in Ecclesia publice docere, aut Sacramenta administrare, nisi rite vocatus, p. 13. Item: Nemini nisi rite vocato concedenda administratio Sacramentorum & verbi in Ecclesia, p. 204. Est autem rite vocare donum proprie datum Ecclesie, quod nulla humana autoritas Ecclesie eripere potest. pag. 353. Et contra Rom. II. 20. Act. XIII. 1. 15. ubi, tametsi non Cleri, tamen Doctioris, Eruditioris, Prophetæ, & insipientum, imperitorum atque plebis, traditur discrimen manifestum. Et contra 1. Tim. II. 11. 12. quem locum cum sibi non obtare putet Barclajus, breviter explicabo: Mulieri (in publica congregatione versanti v. 8. 9. conf. 1. Cor. XIV. 34.) docere non permitto. (i. e. publice, id quod pars ministerii sacri est. Interim tamen privatim suos docere potest. Nam requirit ab iis Apostolus, ut sint κηλοδιδάσκουλοι. Tit. II. 3. Sic Mater Salomonis eruditavit filium Prov. XXXI. 1. & Priscilla viam Domini plenius exposuit Apollini Act. XVIII. 25.) neque auctoritatem usurpare in viros (obloquendo in publico 1. Cor. XIV. 34.) sed esse in silentio (vel in silentio discere h. l. v. 11. manere in fide ac dilectione v. 15. & si quid tandem profiteantur, sit profiteri pietatem per bona opera v. 10.) V. Ad

V.

Ad ornandum vero riteque gerendum hoc sacerdotium minime requiri, ajunt, templa publice dedicata, in quibus Conciones studio elaboratæ, cantilenæ ad numerum flexæ, preces denique solemnes & publicæ audiuntur.

Ita de ædibus Sacris garrit Joh. Higginus, dum per contemptum vocat *gespitzte Häuser* Baxter *im Quaker-Catechismo* p. 237. De Concionibus quærunct etiam: *Ob jemand von Christi Dienern ein Stunden Glas gehabt dabey zu predigen, oder einen Text genommen, oder Lehren, Ursachen, Nutzen, Beweg-Reden heraus gebracht habe, & negant apud Baxt. p. 96. 97. item vocant eine Umb-schrenckung des Geistes Gottes ib. p. 99. Hat dich der Herr und sein Geist gesand, was woltestu erst darauff studiren, Monarchen Spiegel P. I. p. 231. Cantilenas numerosas Joh. Higginus vocat eine Abgötterey und Opfer abscheulicher Lippen Baxter in Catech. p. 234. W. Penn rejicit ein Buch voll Formulen und selbst erdachte Gebete, weil dasjenige, so aus dem Fleisch gehobren, nichts anders denn Fleisch ist. In Forderung der Christen. p. 141. Barclajus ipsam Orationem Dominicam l. c. p. 234. contemptim habet.*

Contra F. C. p. 424. *Deinde eam ob rem celebramus dies festos, ut die Sabbathi, quando alias ei vacare non licet, otium & tempus sumatur cultui divino serviendi: ita ut conveniamus in templis ad audiendum & tractandum Dei verbum, ac deinceps Deum hymnis, Psalmis, canticis & precibus laudemus. Et p. 508. B. Lutherus de precibus ita loquitur: Nequaquam preces rejicimus, verum non nisi mere utilem illum boatum & murmur damnamus. Quocirca omnes homines per Christum obtestamur & hortamur quam fieri potest diligentissime, ut hæc denique nobis cordi sint, nec ullo pacto nostras orationes tanquam rem nibili adspemur. p. 507. Tum & contra Ps. XXVI. 8. Luc. II. 27. Act. III. 1. 2. 12. Joh. XVIII. 20. Prophetæ, Apostoli, & Christus ipse cultus sacri causa templa & tabernacula frequentarunt. E. Et contra Ezech. III. 3. Deus jubet prius comedi volumen istud, antequam vadat Propheta*

& loquatur ad filios Israel h. e. innutritum sermonibus fidei esse, ut a Timotheo exigit Paulus 1. Tim. IV. 6. Item contra Ps. LXXI. 22. confitebor tibi in instrumentis musicis veritatem tuam Deus, psallam tibi in cithara, sanctus Israel. It. contra 1. Tim. II. 1. ubi in cætu sacro requirit Apostolus obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus.

VI.

Sed ex quovis hominum grege conciliabula privata cogunt, in quibus velut elingves & sensibus suis capti musitant, & Deo attendunt, nec prius, quam suo quodam Spiritu impulsæ ac moti prodeunt in concionem: denique nec data invicem salute nec reddita e medio discedunt.

Ita Barclajus: Cum omnes congregantur, uniuscujusque opus esse debet, Deo attendere, & ex propriis cogitationibus & imaginationibus egredientes, vel eas potius ex se pellentes Dei presentiam sentire, & in nomen ejus revera congregationem cognoscere, ubi ipse in medio est, secundum pollicitationes ipsius &c. p. 226. Conf. Hist. Brit. Leti P. II. p. 54. 55. & Cl. Botterweck in entlarv. Quacker p. 85.

Contra F. C. p. 202. Gratissimum nobis esse debet, quod scimus, Deum approbare ministerium illud, & adesse in ministerio: Adversus Fanaticos homines, qui somniant, Spiritum Sanctum dari non per verbum, sed propter suas quasdam preparationes, si sedeant otiosi, taciti, in locis obscuris, expectantes illuminationem; quemadmodum olim ἐν Ἰερουσαλὴμ docebant, & nunc docent Anabaptiste, (Quakeri.) Atque hoc est relicta Dei Ecclesia congregationes facere, quod damnatum Can. XXXV. Concil. Laod. vide Beveregium in Pand. p. 468. Quas congregationes ideo παρασυναγωγῆς, quod in Ecclesiæ præjudicium fierent, dixit Antiquitas. Vid. ib. Balsamon in Scholiis. Tum & contra Act. II. 41. 42. 46. Ecclesiæ primitivæ vix majus esse encomium potuit, quam quod tantus numerus, v. 41. perseverarit (1.) in doctrina Apostolorum h. t. (2.) in Ecclesia h. t. & v. 46. it. c. I. 14. & in eadem (3.) Sacramenta administravit, h. t. v. 42. 46. it. c. XX. 7. (4.) cultumque divinum precibus & hymnis peregerit h. t. & v. 47.

DISP-

DISPUTATIO IX.
DE
MAGISTRATU ET REGNO NO-
VISSIMO.

THESIS I.

Magistratui civili etsi minime detrahere auctori-
tatem videri volunt nostri: (a) tamen nec pote-
statem bella gerendi, nec in ullo casu pugnandi
& malo resistendi eidem concedunt. (b)

Resp.
M. Godofr.
Günze,
Hayna-
Misin.

Ita (a) Barclajus in *Catechismo* p. 116. pro Magistratus auctoritate
allegat illud *Rom. XIII. 1. Omnis anima &c.* Alii: *Wir sind nicht sol-
che Leute, die billige Regierung, Nationen und Städte eitel machen,
in der Standarte. c. X. p. 89.* Interim (b) idem Barclajus hanc
thesin prolixè defendit: *Christianis minime licet malo resistere,
nec bellum gerere, aut in ullo casu pugnare, in. Apol. p. 334. 362.*
A quo reliqui non facile diffentiunt.

Contra F. C. p. 547. *Hic vero clandestinus & seditiosus latitat diabo-
lus, qui perlibenter coronam Magistratui eriperet, ut deinceps oppres-
sus conculsaretur pedibus, ad hæc omnia Dei opera & ordinationes
reductæ in nihilum subverterentur funditus. & in A. C. p. 14. De
rebus Civilibus docent, quod Christianis liceat gerere Magistratum,
exercere iudicium, iure bellare, militare, lege contrahere, tenere
proprium &c. p. 386. Quæ sunt potestates, a Deo ordinatæ sunt. Itaque
quisquis resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistereint,
sibi ipsis iudicium accipient. Non enim frustra gladium gestat, &c.
Tum & contra *Rom. XIII. 4. ubi Magistratus gladium non fru-
stra gerere dicitur: sed in vindictam nocentium conf. 1. Pet. II. 14.**

II.

Tum quoque nec iuramenti formula obstringi quen-
quam, nec Sectarios & veræ religionis turbatores coerce-
ri a Magistratu posse pertendunt.

Ita

Ita rem edisserit Barclajus: *Non licet omnino jurare sub Evangelio, non solum, non vane vel in communi locutione, quod etiam sub lege Mosaica prohibitum erat, sed etiam nec in judicio coram magistratu Apol. p. 334. Quod ad illud attinet, nempe quod Magistratus debeat punire hereticos secundum Ecclesie censuram & determinationem, hoc est Magistratum Ecclesie & Clericorum carnificem facere &c. p. 317. Rationem fere hanc unicam affert: quia Conscientia est sedes & thronus Dei, cujus solus Deus judex est proprius & infallibilis &c. p. 316.*

Contra F. C. quæ p. 419. accurate controversiam de juramentis decidit: *Equidem nullo modo nobis ad mala jurandum est, h. e. ad mendacia, & ubi neque utile, neque necesse est. Verum ad bonum & proximi utilitatem licet nobis jurare. Est enim opus valde bonum, quo Deus laudatur, veritas & justitia confirmatur, mendacium refellitur, homines dissidentes in concordiam rediguntur, obedientia exhibetur, & lites componuntur. Nam Deus ipse hic intervenit, segregans justitiam ab injustitia, ac bonos malosque disjugens. Et p. 624. damnat Anabaptistas, qui statuunt, magistratum adversus improbos & homines facinorosos rebus ita ferentibus, officium administrare & exequi non posse. Tum & contra Deut. VI. 12. Dominum Deum tuum timebis, & illi servies, & per nomen ejus jurabis: imo jurabis per Dominum exercituum Es. XIX. 18. Nam controversie finis est jurisjurandi confirmatio Heb. VI. 16. It. contra Es. XLIX. 23. ubi Reges Ecclesie nutritii vocantur. Tales autem erant Hiskias 2. Chron. XXXI. 1. 2. Josias 2. Reg. XXIII. 3. aliique, qui ab Idololatrio cultu patriam liberabant. Uberiorem hujus controversie decisionem V. apud Holzhausium in Anti-Barclajo, p. 1059.*

III.

Itaque cum sublatum e medio cupiunt Magistratum; non quidem Anabaptistarum more, stricto gladio adoriuntur illum; sed omnibus privilegiis & immunitatibus exuunt spoliantque; tum & dignis honoribus eundem privant, nec aliter ac vilissimum genus hominum salutant: quo ipso mandantis æque ac obsequentis gloria ultro concidit & evanescit.

Ita

Ita vel hoc ipso originem suam non dissimulant. Facile conjicit Barclajus, hoc modo expiraturum omne inter Magistratum & subditos discrimen: hinc declinare vult suspicionem istam: *notim quemvis existimare, quasi hinc peteremus abolere mutuam relationem, quæ est inter principem & populum, l. c. p. 334.* Re ipsa tamen eam tollit, dum honoris cultum ipsis derogat. *Expresse affirmamus, inquit, minime licere Christianis vel dare vel recipere illos honoris titulos, quales sunt Sanctitas vestra, Majestas vestra, Excellentia vestra, Eminentia vestra, &c. Primo, quia illi tituli non sunt ulla pars istius obedientiæ, quam Magistratibus debemus, neque dando illos iis aliquid realiter additur illi Subjectioni, quæ eis debita est, quæ stat in obediendo jussis eorum & licitis mandatis, non in titulis & designationibus. Secundo, non in Scriptura invenimus tales titulos, neque sub Lege, neque sub Evangelio p. 336.* Hinc Regem non aliter ac fratrem suum compellant, ut Histoire du Kouakerisme & G. Leti Hist. Britannica p. 54. & Libri Regibus dedicati testantur. Hinc addit: *non licere Christianis geniculari vel prosternere se ad homines, eisque corpus deflectere, aut caput aperire p. 334.* Aliam autem, & haud dubie veriores causas agrestium morum affert A. Bourignonia inquit, *Weil Sie sich mehr und höher achten als alle Menschen, und keinen Gleichen in dieser Welt kennen, eben als wären sie Engel oder wohl gar so vollkommene Gottbeiden, daß sie keinen Dinge unterworfen seyn dürfften. Wieder die Quaker p. 243. Conf. Adr. Pauli im Quaker-Glauben. p. 64. 65.*

Contra F. C. p. 439. *In hujus præcepti explanatione nec illud silentio prætermittendum, quod omnes, quotquot Domini appellatione censentur, vice parentum sint, ab iisdemque potestatem ac vim regnandi accipiant. Unde quoque secundum Scripturam omnes dicuntur Patres, utpote qui in sua gubernatione officium patris obire, ergaque subditos patris animum inducere debeant. Quemadmodum & olim apud Romanos & alios plerosque populos heros herasque, patres & matres familias nominabant. Ita quoque suos magistratus & principes dixerunt Patres patriæ, nobis Christianis in dedecus atque ignominiam, quod non eadem appellatione Parentes & principes nostros dignamur, aut minimum eos pro talibus honoratos*

H

existima-



existimamus. Tum & contra Rom XIII. 7. ubi de Magistratu Paulus, Reddite honorem, cui debetis honorem. It. contra Luc. XXII. 25. Actor. XXIV. 3. ubi Magistratus εὐσεγῆται (gnädige Herren) & κρείττιστοι (excellentiſſimi) ſalutantur. it. contra Jer. XXXIII. 3. XLII. 6. 1. Reg. I. 23. 2. Sam. XIV. 4. ubi cultus pronis in terram corporibus peractus non improbatur.

IV.

Hinc aliud longeque felicius in his terris (a) regnum ſibi fingunt, quo non niſi piis (b) extincto magistratu civili (c) mortisque & Diaboli poteſtate penitus infracta, (d) aurei ſeculi felicitatem promittunt, ſapientia, juſtitia, pace, omniumque rerum copia, qua primi hominis ſtatus diſfluebat, conſummandam. (e)

Ita minime a Chiliaſtarum ſomniis recedunt noſtri, & licet omnia ipſorum aſſerta claris verbis non referant, maximam tamen partem iſtius commenti ſuam faciunt. (a) in his terris exſtructum iri hoc regnum, ſic docent: *Diß Königreich ſoll auffgerichtet und vermehret werden auff Erden ap. Hamb. p. 294.* (b) a piis vero adminiſtratum iri teſtantur. *Die heiligen ſollen ſcharffe Schwerdter in ihren Händen haben, daß ſie Rache üben &c. in der Ankündigung des gerechten Gerichts Gottes an alle gottloſe Obrigkeit p. 10.* (c) Magiſtratus quoque abolitionem ſperant: *Die Gottloſe Obrigkeit ſoll niedergebauen werden durch das Schwerdt des Allmächtigen, und es ſoll nicht wieder eingesteckt werden, im Alarm geblaſen allen Nationen p. 6. it. da ſoll kein König mehr herſchen, ſondern wie Staub verbrieſelt werden; in der Standarte c. V. p. 110.* (d) *Alle Verführung, Thorheit und Lügen, und alle Eitelheit werden ein Ende haben mit ſammt dem Teuffel, Sünde und Tod. Monarchen-Spiegel P. II. p. 294.* (e) *Es iſt aber dieſes ein ſolches Reich, darinnen eitel Gerechtigkeit, Friede und Freude, eitel Wunderweiſheit und Warheit, und eitel Herrlichkeit iſt - Solches deſto beſſer zu verſtehen, ſo iſt zu wiſſen, daß Gott die gantze Welt von Anfang geſchaffen hat ſehr gut, mit allen den, was immermehr darinnen iſt &c. Monarchen-Spiegel P. II. p. 294.* Hinc Kuhlman-
nus

nus in Epist. Londinenf. p. 61. *Regnum Christi Paradisiacum* vocat.

Contra F. C. quæ in A. C. p. 14. illustrem locum suppeditat: *Damnat enim Anabaptistas, qui sentiunt, hominibus damnatis ac Diabolis finem pœnarum futurum esse. Damnat & alios, qui nunc spargunt judaicas opiniones, quod ante resurrectionem mortuorum pii regnum mundi occupaturi sint ubique oppressis impiis. Cui cum nonnulli sequiorem affingere sententiam conentur, vindicavit illum celeberr. Dn. D. Pfeifferus in Anti-Chiliasmo p. 54. Tum & contra Matth. XXIV. 3. seq. ubi Apostolis signum adventus Christi expectantibus respondit Servator. Signis non obscure indicatis. Non enim Halcyonia promittit, sed seductionem eorum, qui dicent: Ego sum Christus, (en quam clare designantur Quakeri, qui eadem formula utuntur!) v. 5. belli tumultus, famem, pestem v. 6. 7. afflictiones piorum. v. 9. 10. incredulitatem & Apostasiam v. 11. 13. injustitiam & odium proximi v. 12. desolationem, fletusque & gemitus v. 15. 19. 21. E. hujusmodi regnum in his terris expectandum non erit.*

V.

Etsi vero mirum in modum dissentiant in describendo hoc regno, neque vel tempus, vel administratores, vel modum denique regiminis unanimi sententia designent, aliqui etiam silentio id prætermittant: tamen Chiliasmi suspicionem hoc effugiunt minus, quo magis opere ipso tales se testantur; ac tacito quodam erga Superiores suos odio effervescent.

Ita Spiritu vertiginis ducuntur, ut vix unus illorum cum altero conspiret. In more enim positum habent, ut alter Spiritum alterius rejiciat, ceu notat *Lassen. c. I. p. 10.* Sic aliqui illorum ad annum 51. alii ad subsequenter, alii ad 54. & ultra regni istius initia referunt, observantibus

Hamb. p. 323. Deinde administratorem alii Christum ipsum constituunt, ut Barclajus, qui omnia terræ regna evasura esse dicit Jesu Christi regnum *Apol. p. 374.* Alii Magistratum pium ac justum non plane excludunt: *Nur die ungeredhten Regenten sollen ausgerottet werden, und lauter heilige gerechte Leute regieren, in der Standart. c. IX.* alii contra omnem Magistratum hinc remotum volunt, ut habent *Nabila Jubila Britannia p. 658.* Modum denique hujus Regiminis alii subtiliorem & spiritualement, justitiaque & Sanctitate peragendum putant, ut *Caton in Vind. contra Hamb. p. 71.* alii crassiolem & carnalem intendunt, der gewissen Versicherung, daß ein Mann ihrer zehn, und zehn ihrer 1000. in die Flucht schlagen werden &c. in *Schwarmgeister Brut p. 93.* Denique cum Viros quintæ Monarchiæ se faciant, nec quo par est, honore Magistratum colant, inter *Practicos Chiliaftas* merito referuntur, censeute *Dn. D. Pfeiffero in Anti-Chiliafto p. 76.*

Contra *F. C. quæ p. 215.* de discrimine regni Christi & regni civilis multo nos certiores reddit: *quod regnum Christi fit spirituale, hoc est, in corde notitiam Dei, timorem Dei & fidem, justitiam æternam & vitam æternam inchoans. Interim foris sinat nos uti Politicis ordinationibus legitimis quarumcunque gentium, inter quas vivimus - Nam Evangelium non dissipat Politiam, sed multo magis approbat. Tum & contra Job. XVIII. 36. Christus fatebatur se Regem esse v. 37. sed non ex hoc mundo v. 36. alioquin ministri ejus utique etiam decertassent pro ipso, ib.*

VI.

Illud vero haud obscure docent, suum cuique infernum juxta & cœlum in his terris superesse, adeoque de carnis resurrectione & vita æterna vel dubie differunt, vel plane conticescunt.

(a) Ita

(a) Ita præverat J. Bøehmius in *übersinnlichen Leben*. p. 246. *Wo fahren die Seelen hin, wenn der Leib stirbt? Es darff keines Ausfahrens, sie scheidet sich nur von dem Leibe, sie hat Himmel und Hölle zuvor in sich. Et in tractatu von 6. Punkten cap. IX. p. 102. Ein jeder Mensch trägt auff dieser Welt Himmel und Hölle in sich; Hinc Barclajus hortatur: ut ex infernali illa conditione, in qua stant homines, ad judicium veritatis in cordibus suis veniant, & credant, & sequantur Lumen, ut in hac vita sedeant in cœlestibus locis, quæ in Jესu Christo sunt p. 373. ubi quidem calumniam a se remotam cupit, quasi omne cœlum & infernum inficietur; sed causam dari cupimus, cur in suo hoc Systemate, quò Christianam religionem in omnibus ejus partibus vere exhibitam & vindicatam dicit, ne ullam quidem paginam articulo de extremo judicio, vita æterna, inferno, & resurrectione carnis relinquat? quod silentium omnino in negationem harum doctrinarum interpretamur. Idem est, quod Autor Theologiæ Christianæ J. B. confirmat. Christianorum Schæol & uterus infernalis hisce etiam in terris præsto est. - Adhuc in vivis descendo cum Christo in Infernum, ut citius evigilem. p. 37. Non procul hinc abeunt Wilh. Shewen in *Glauben und Erfahrenheit* p. 298. *die Himmlische Stadt Jerusalem kommt von Gott aus dem Himmel herab.* (b) Barclajus doctrinam nostram de resurrectione garritum vocat, & ut participes primæ resurrectionis fiamus, hortatur. p. 373. Familistas, Henr. Nicolai Sectatores, resurrectionem carnis negasse ex Hornbeckio constat *Summa Controv* l. 5. p. 397. cum his vero eandem communionem fovere nostros, affirmat Auctor *Histoire du Kouakerisme* p. 26. Plurimi hanc doctrinam ne verbo quidem attingunt.*

Contra F. C. quæ p. 216. nobis sub clarissima Evangelii luce viventibus non amplius concedit quam remissionem peccatorum & inebnationem vitæ æternæ. Plura vide in B. Lutheri



Tom. III. Alt. fol. 549. *Ich habe das ewige Leben in der Verheis-
fung und nicht im Wesen, &c. Tum & contra 1. Cor. II. 9.
Oculus non vidit, & auris non audivit, & in cor hominis non a-
scenderunt, que preparavit Deus diligentibus se. conf. 1. Iob. III. 2.
Rom. VIII. 24. (b) Contra Symbola Catholica in F. C. p. 1.
Et 1. Cor. XV. 13. seq.*

SOLI DEO GLORIA.



INDEX

I N D E X
DISPUTATIONUM
QUÆ IN HAC
SYNOPSIS CONTINENTUR.

*Disp. I. Præliminaris, de origine, auctoribus,
&c. Tremulorum. Instituta d. XII. Martii 1693.
Resp. M. Christiano Fuchsio, Schneeberg-
Misnico. p. 1. seqq.*

*Disp. II. de Religione & S. Scriptura, d. XXV.
Martii eod. ann. Resp. M. Christ. Frider.
Schuchart, Francobusa - Schwarzburgico.
p. 7. seqq.*

*Disp. III. de Lumine interno, d. XXVI. Ej. eod.
ann. Resp. M. Daniel Gradio, Dantiscano,
p. 13. seqq.*

*Disp. IV. de Deo Trinuno, d. IX. Aprilis, eod.
ann. Resp. M. Georgio Salemanno, Revalia-
Livono. p. 19. seqq.*

*Disp. V. de Christo Servatore d. XVII. Aprilis eod.
ann. Resp. M. Andrea Toepffern, Wenigero-
da - Saxone. p. 26. seqq.*

Disp.



- Disp. VI. de Regeneratione & Justificatione. d.*
XXVI. April. eod. ann. Resp. M. Jo. Henr.
Knoblach, Wittenberg. p. 32. seqq.
- Disp. VII. de Sacramentis. d. XXX. Aprilis e.*
a. Resp. M. Johanne Weinberg, Hamburgensi.
p. 39. seqq.
- Disp. VIII. de Ministerio Ecclesiastico, d. VII.*
Maji eod. anno. Resp. M. Georgio Hanero,
Sbasburgo-Transylvano. p. 46. seqq.
- Disp. IX. de Magistratu & Regno novissimo, d.*
XIV. Maji. eod. ann. Resp. Godofredo Gün-
tze, Hayna-Misnico. p. 53. seqq.



EO - Beg 2002

01 A 6739



Sb.

D.

Ref. ✓

46
J.H.



m.
B. IOH. GEOR
SS. THEOL. D. EIVSDE
VITEMBERGENSI QVONDAN
SS. PRÆPOSITI ET CON
ASSES.


SYNC
ERRO
FANATI

QVO
TREMVLII

FOVI
OL
DISPVTA
ALIQVOT A
EXPO
NVNC
TERTIA V



VITEM
SVMTV ANDR
MDC



Farbkarte #13

B.I.G.

